




NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08231067 7



ISOCRATIS

OPERA OMNIA.

TOMUS TERTIUS.

BIBLIOPOLÆ apud quos veneunt Parisiis,

FRANÇ. AMBR. DIDOT L'AINÉ, rue Pavée S. André.
GUILLELM. DE BURE, quai des Augustins.
ALEXAND. JOMBERT JEUNE, rue Dauphine.
THEOPHIL. BARROIS JEUNE, quai des Augustins.

Apud eosdem Bibliopolas veneunt versa in Gallicum sermonem ab eodem ATHANASIO AUGER ejusdem Isocratis Opera, 3 vol. in-8°.

ISOCRATIS OPERA OMNIA

GRÆCÈ ET LATINÈ,

cum versione nova, triplici indice, variantibus lectionibus, et notis,

EDIDIT ATHANASIUS AUGER,

Lescuriensis diœces. vicarius gen. necnon regiæ Inscript. Paris. et Rothomag. academ. socius.

TOMUS TERTIUS.





SUMPTIBUS EDITORIS EXCUDEBAT

PARISIIS

FRANC. AMBR. DIDOT L'AINÉ.

M. DCC. LXXXII.

ANALYSIS ORATIONIS CONTRA SOPHISTAS.

Mihi videtur imperfectam esse hanc orationem, & ex duabus partibus quas continere debuit, unam tantummodò fuisse tractatam, alteram tractandam quidem oratorem suscepisse, sed intactam reliquisse. Imò quæ nunc dicitur oratio contrà sophistas, nihil aliud est fortassis quàm prologus longior orationis in quâ id probare propositum fuit, ejusmodi esse eloquentiæ studium ut nos ad omnes virtutes parare possit & informare: quæ oratio vel deperdita fuit lapsu temporis, prologo tantùm servato; vel de industriâ ab Isocrate non scripta fuit, ob aliquam causam nobis ignotam.

In primâ parte, post breve exordium, tria sophistarum genera aggreditur Isocrates, nempè eos qui scientiæ dialecticæ & disciplinæ morum, eos qui eloquentiæ politicæ, eos denique qui forensium orationum, magistros se esse profitebantur.

I. Impugnat primum sophistarum genus, 1°. quòd se rerum futurarum cognitionem habere jactitarent; 2°. quòd parvam mercedem postulantes, magna se daturos promitterent,

& pecuniarum contemptum præ ſe ferentes, à diſcipulis qui virtutem à ſe erant edocendi ſponſores peterent ut ſua ipſis mercedula præſtaretur; 3°. quòd in multis ſecum ipſi non conſtarent.

II. Reprehenditur ſecundum ſophiſtarum genus, quòd magnificis & vanis pollicitationibus plurimos ſibi diſcipulos ſtuderent conciliare, quòd graviter hallucinarentur in ratione edocendæ eloquentiæ. Hoc paulò fuſiùs tractat orator, ac ſapienter definit quæ, tùm in eo qui docet tùm in eo qui diſcit eloquentiam, requirantur.

III. In eo culpat Iſocrates tertium ſophiſtarum genus, quòd in litium artes eloquentiæ diſciplinam concluſerint, quæ omnia orationum genera complectitur, hujusque ſtudioſos ad fortitudinem, temperantiam & juſtitiam, poteſt deducere.

Hâc primâ parte abſolutâ, alteram ſe tractaturum edicit, nempè, ejuſmodi eſſe eloquentiæ ſtudium ut nos ad omnes virtutes parare poſſit & informare, ſed eam partem reipsâ non tractat: undè concludimus hanc orationem eſſe imperfectam.

Ignoratur quo tempore ſcripta fuerit & prolata oratio contrà ſophiſtas.

Nota apud Athenienſes olim dictos fuiſſe ſophiſtas viros ſapientes, & eloquentiæ, aliarumque bonarum artium ma-

giſtros; verùm huic nomini, ſuâpte naturâ honeſtiſſimo, multorum inſcitiam & improbitatem invidiam peperiſſe; hincque tandem factum eſſe ut appellarentur ſophiſtæ qui oſtentationis aut quæſtûs causâ philoſopharentur.





ΚΑΤᾺ

ΤΩ͂Ν ΣΟΦΙΣΤΩ͂Ν

ΛΌΓΟΣ.

ΕἸ ΠΆΝΤΕΣ ἤθελον οἱ παιδεύειν ἐπιχειροῦντες ἀληθῆ λέγειν, καὶ μὴ μείζους ποιεῖσθαι τὰς ὑποσχέσεις ὧν ἔμελλον ἐπιτελεῖν, οὐκ ἂν κακῶς ἤκουον ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν. Νῦν δ᾽ οἱ τολμῶντες λίαν ἀπερισκέπτως ἀλαζονεύεσθαι, πεποιήκασιν ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι τοὺς ῥαθυμεῖν αἱρουμένους, τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων.

Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειεν ἅμα καὶ καταφρονήσειε, πρῶτον μὲν τῶν περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων, οἳ προσποιοῦνται μὲν τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν, εὐθὺς δ᾽ ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπαγγελμάτων, ψευδῆ λέγειν ἐπιχειροῦσιν; Οἶμαι γὰρ ἅπασιν εἶναι φανερόν, ὅτι τὰ μέλλοντα προγινώσκειν, οὐ τῆς ἡμετέρας

[lineâ 10.] Huic πρῶτον respondet pag. 10, l. 5, Οὐ μόνον δὲ τούτοις....

[l. 10 & 11.] Pro διατριβόντων velim legi simplex

CONTRA SOPHISTAS ORATIO.

BREVE EXORDIUM.

Si omnes iſti qui docere inſtituunt vera dicere non cunctarentur, neque majora promitterent quàm poſſunt præſtare, non malè audirent apud vulgus : nunc eorum audaciâ qui ſe nimis inconſideratè jactitant, factum eſt ut rectiùs ſibi conſulere videantur ii qui in otio malunt degere, quàm ii qui litteris ſtudent & ſcientiis.

PRIMA PARS.

I. 1°. Quis enim non ſimul & oderit & contempſerit, primùm eos qui in rixis dialecticis verſantur : qui, quum veritatis indagationem præ ſe ferant, ſtatìm in pollicitationum ſuarum initio non dubitant mentiri? Omnibus enim perſpicuum eſſe arbitror, futurarum rerum prænotionem noſtræ

ὄντων quia proximè præceſſit διατελούντων.

[l. 14.] Velim legi cum Battie ὅτι τὸ τά.

φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχομεν ταύτης τῆς φρονήσεως, ὥσθ' Ὅμηρος, ὁ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ ἔχων, καὶ τοὺς θεοὺς πεποίηκεν ἔστιν ὅτε βουλευομένους περὶ αὐτῶν· οὐ τὴν ἐκείνων γνώμην εἰδώς, ἀλλ' ἡμῖν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἕν τι τοῦτο τῶν ἀδυνάτων ἐστίν.

Οὗτοι τοίνυν εἰς τοῦτο τόλμης ἐληλύθασιν, ὥστε πειρῶνται πείθειν τοὺς νεωτέρους, ὡς ἢν αὐτοῖς πλησιάσωσιν, ἅτε πρακτέον ἐστὶν εἴσονται, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἐπιστήμης εὐδαίμονες γενήσονται. Καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν διδασκάλους καὶ κυρίους σφᾶς αὐτοὺς καταστήσαντες, οὐκ αἰσχύνονται τέτταρας ἢ πέντε μνᾶς ὑπὲρ τούτων αἰτοῦντες. Ἀλλ' εἰ μέν τι τῶν ἄλλων κτημάτων πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας ἐπώλουν, οὐκ ἂν ἠμφισβήτησαν ὡς οὐκ εὖ φρονοῦντες τυγχάνουσι· σύμπασαν δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὕτως ὀλίγου πωλοῦντες, ὡς νοῦν ἔχοντες διδάσκαλοι τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι γενέσθαι. Καὶ λέγουσι μὲν ὡς οὐδὲν δέονται χρημάτων, ἀργυρίδιον καὶ χρυσίδιον τὸν πλοῦτον ἀποκαλοῦντες, μικροῦ δὲ κέρδους ὀρεγόμενοι, μόνον οὐ κἀθανάτους ὑπισχνοῦνται ποιήσειν τοὺς αὐτοῖς συνόντας. Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, ὅτι παρ' ὧν δεῖ λαμβάνειν αὐτούς, τούτοις μὲν ἀπιστοῦσιν, οἷς μέλλουσι τὴν δικαιοσύνην παραδώσειν· ὧν δ' οὐδεπώποτε διδάσκαλοι γεγόνασι, παρὰ

naturæ non competere, at humanæ prudentiæ captum uſque adeò excedere, ut Homerus, ſapientiæ opinionem maximam conſecutus, etiam Deos interdùm de futuris deliberantes introduxerit. Non quòd perſpectum habuit ipſorum animum; ſed quia nobis oſtendere voluit id ex eorum eſſe numero quæ vires humanas ſuperant.

2°. Iſti quidem tantâ ſunt audaciâ, ut perſuadere conentur adoleſcentibus eos, ſi ipſis magiſtris uſi fuerint, & quid ſit agendum ſcituros, & per eam ſcientiam felicitatis fore compotes. Et quum ſe tantorum bonorum doctores ac dominos conſtituerint, non erubeſcunt pro iis quatuor aut quinque minas poſcere. Quod ſi quid aliarum rerum longè infrà juſtum pretium venderent, ne ipſi quidem inficias irent ſe deſipere: nunc quum tantillo venumdent felicitatem univerſam, tanquam ſapientes, aliorum magiſtri eſſe volunt. Et auro quidem & argento, quæ minuendi causâ *pecuniolam* appellant, ſe negant indigere, quum appetitione parvi lucelli diſcipulis immortalitatem tantùm non polliceantur. Jam, quod omnium maximè ridiculum eſt, iis diffidunt à quibus mercedem ſunt recepturi, quibus ſe juſtitiam tradituros promittunt: quorum autem nunquam fuerunt præcep-

τούτοις τὰ παρὰ τῶν μαθητῶν μεσεγγυῶνται· περὶ μὲν τὴν ἀσφάλειαν εὖ βουλευόμενοι, τῷ δὲ ἐπαγγέλματι τἀναντία πράττοντες. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλο τι παιδεύοντας, προσήκει διακριβοῦσθαι περὶ τῶν διαφερόντων. Οὐδὲν γὰρ κωλύει τοὺς περὶ ἕτερα δεινοὺς γενομένους, μὴ χρηστοὺς εἶναι περὶ τὰ συμβόλαια. Τοὺς δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σωφροσύνην ἐργαζομένους, πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι μὴ οὐ τοῖς μαθηταῖς μᾶλλον πιστεύειν; οὐ γὰρ δή που περὶ τοὺς ἄλλους ὄντες καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, περὶ τούτους ἐξαμαρτήσονται δι' οὓς τοιοῦτοι γεγόνασιν.

Ἐπειδὰν οὖν τῶν ἰδιωτῶν τινές, ἅπαντα ταῦτα συλλογισάμενοι, κατίδωσι τοὺς τὴν σοφίαν διδάσκοντας, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν παραδιδόντας, αὐτούς τε πολλῶν δεομένους, καὶ τοὺς μαθητὰς μικρὸν πραττομένους· καὶ τὰς ἐναντιώσεις ἐπὶ μὲν τῶν λογιδίων τηροῦντας, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καθορῶντας· ἔτι δὲ περὶ τῶν μελλόντων μὲν εἰδέναι προσποιουμένους, περὶ δὲ τῶν παρόντων, μηδὲν τῶν δεόντων μήτ' εἰπεῖν μήτε συμβουλεῦσαι δυναμένους· ἀλλὰ μᾶλλον ὁμονοοῦντας, καὶ πλείω κατορθοῦντας, τοὺς ταῖς δόξαις χρωμένους, ἢ

[l. 7 & 8.] Σωφροσύνην ἐργαζομένους, non est hîc, sapientiam operantes, sed, ex sapientiâ docendâ quæstum facientes.

tores, eos pro diſcipulis ſpondere poſtulant: quâ ſanè re non malè ſibi cavent, ſed pollicitationibus ſuis faciunt contraria. Nam qui docent aliquid aliud, eos quàm accuratiſſimè providere decet ne debito ſuo fraudentur. Nihil enim prohibet quominùs ii qui alterius cujuſpiam artis peritiam adepti ſunt, parum probi ſint in contractibus. Eos autem qui ex docendâ virtute & temperantiâ quæſtum faciunt, quid abſurdius eſt quàm non diſcipulis potiſſimùm fidem adhibere? Siquidem ei qui boni & æqui erunt ergà ceteros, non illis utique injuriam facient quorum operâ tales evaſerunt.

3°. Quum igitur indoctorum quidam, his omnibus conſideratis, animadvertunt eos qui ſapientiam docent & tradunt felicitatem, ipſos multis rebus indigere, & à diſcipulis exigere mercedulam; & quas in ſententiolis obſervant contradictiones, eaſdem non perſpicere in factis; & præterea qui ſcientiam futurorum affectant, de præſentibus nihil opportuni vel dicere poſſe vel deliberare; ſed eos magis inter ſe conſentire, & plura feliciter perficere, qui ducuntur opinionibus, quàm qui

---

[l. 16.] Πραττομένους, nempè τοὺς σοφιστάς. Πραττομένους regit τοὺς μαθητάς, & à diſcipulis parvam mercedem exigentes.

τοὺς τὴν ἐπιστήμην ἔχειν ἐπαγγελλομένους· εἰκότως οἶμαι καταφρονοῦσι, καὶ νομίζουσιν ἀδολεσχίαν καὶ μικρολογίαν, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν εἶναι, τὰς διατριβὰς τὰς τοιαύτας.

Οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις, ἄξιον ἐπιτιμῆσαι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζουσιν, ἡγοῦνται δὲ τοῦτ' εἶναι τὴν τέχνην, ἢν ὡς πλείστους τῇ σμικρότητι τοῦ μισθοῦ καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων προσαγάγωνται, καὶ λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν δυνηθῶσιν. Οὕτω δὲ ἀναισθήτως αὐτοί τε διάκεινται καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ὑπειλήφασιν, ὥστε χεῖρον γράφοντες τοὺς λόγους ἢ τῶν ἰδιωτῶν τινὲς αὐτοσχεδιάζουσιν, ὅμως ὑπισχνοῦνται τοιούτους ῥήτορας τοὺς συνόντας ποιήσειν, ὥστε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν· καὶ ταύτης τῆς δυνάμεως οὐδὲν οὔτε ταῖς ἐμπειρίαις, οὔτε τῇ φύσει τοῦ μαθητοῦ, μεταδιδόασιν· ἀλλὰ φασὶν ὁμοίως τὴν τῶν λόγων ἐπιστήμην ὥσπερ τὴν τῶν γραμμάτων παραδώσειν· ὡς μὲν ἔχει τούτων ἑκάτερον οὐκ ἐξετάσαντες, οἰόμενοι δὲ διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελμάτων, αὐτοί τε θαυμασθήσεσθαι, καὶ τὴν παίδευσιν τὴν τῶν λόγων πλείονος ἀξίαν δόξειν εἶναι: κακῶς εἰδότες, ὅτι μεγάλας ποιοῦσι τὰς τέχνας οὐχ οἱ τολμῶντες ἀλαζονεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οἱ-

ſcientiam ſe habere gloriantur: jure, opinor, iſtos deſpiciunt, & vanam loquacitatem eſſe atque nugas, non animi eruditionem exiſtimant, ejus generis diſputationes.

II. Neque verò hi tantùm reprehendendi ſunt, ſed etiam civilis eloquentiæ magiſtri. Nam & illi veritatem nihil curant, & hoc artis eſſe arbitrantur, ſi quàm plurimos exiguitate mercedis & pollicitationum magnitudine ad ſe pellexerint, & ab eis aliquid capere potuerint. Qui adeò & ſtupidi ipſi ſunt & alios eſſe putant, ut, quum orationes ſcribant deteriùs quàm ineruditorum nonnulli habent ex tempore, ſe tamen polliceantur diſcipulos ſuos ad artem oratoriam ità informaturos, ut nihil illi quod rebus inſit prætermiſſuri ſint. Nec in eâ facultate acquirendâ quidquam vel uſui rerum vel ingenio diſcipuli tribuunt; ſed præcepta eloquentiæ, perindè ut litterarum ſcientiam, ſe tradituros aiunt: quæ ſit utriusque rei natura non conſiderantes, at exiſtimantes ob promiſſionum excellentiam, tùm ſe in admiratione futuros, tùm oratoriæ inſtitutioni pretium acceſſurum: in quo certè falluntur. Artium enim fines propagant, non qui multa inſolenter de illis jactare audent, ſed

[1. 2.] Καταφρονοῦσι, ſcilicet τούτων τῶν σοφιστῶν.

τινες ἂν ὅσον ἔνεστιν ἐν ἑκάστῃ, τοῦτο ἐξευρεῖν δυνηθῶσιν. Ἐγὼ δὲ περὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ἐπιμησάμην τηλικοῦτον δύνασθαι τὴν φιλοσοφίαν ὅσον οὗτοι λέγουσιν (ἴσως γὰρ οὔτ᾽ ἂν ἡμεῖς πλεῖστον ἀπελείφθημεν, οὐδ᾽ ἂν ἐλάχιστον μέρος ἀπελαύσαμεν αὐτῆς)· ἐπειδὴ δ᾽ οὐχ οὕτως ἔχει, βουλοίμην ἂν παύσασθαι τοὺς φλυαροῦντας. Ὁρῶ γὰρ οὐ μόνον περὶ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας τὰς βλασφημίας γινομένας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας συνδιαβαλλομένους, τοὺς περὶ ταύτην τὴν διατριβὴν ὄντας.

Θαυμάζω δ᾽ ὅταν ἴδω τούτους τῶν μαθητῶν ἀξιουμένους, οἳ ποιητικοῦ πράγματος τεταγμένην τέχνην παράδειγμα φέροντες λελήθασι σφᾶς αὐτούς. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε, πλὴν τούτων, ὅτι τὸ μὲν τῶν γραμμάτων ἀκινήτως ἔχει, καὶ μένει κατὰ ταυτόν, ὥστε τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν χρώμενοι διατελοῦμεν· τὸ δὲ τῶν λόγων πᾶν τοὐναντίον πέπονθε; Τὸ γὰρ ὑφ᾽ ἑτέρου ῥηθὲν, τῷ λέγοντι μετ᾽ ἐκεῖνον οὐχ ὁμοίως χρήσιμόν ἐστιν· ἀλλ᾽ οὗτος εἶναι δοκεῖ τεχνικώτατος, ὃς ἂν ἀξίως μὲν λέγῃ τῶν πραγμάτων, μηδὲν δὲ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις εὑρίσκειν δύνηται. Μέγιστον δὲ σημεῖον τῆς ἀνομοιότητος αὐτῶν·

[l. 13.] Ποιητικὸν πρᾶγμα, est id cujus post actionem

qui id eruere ac proferre possunt quod in unaquaque continetur. Ego verò tantùm posse scientiam & studium, quantùm isti prædicant, id sanè magnis opibus anteferrem; fortassis enim neque nos postremi essemus, neque fructus indè minimos caperemus: at quum ità se res non habeat, nugatores istos tandem conticescere velim. Non enim delinquentes tantùm maledictis peti video, sed unà cum istis & ceteros universos qui in hoc studiorum genere versantur.

Miror autem eis discipulos committi qui non intelligunt se ejus artis afferre exemplum quæ legibus certis definita est & opere cernitur. Quis enim, istis exceptis, ignorat nusquam mutari litteras, & easdem usque permanere? undè iisdem pro iisdem verbis semper utimur; quum eloquentiæ sit diversissima ratio. Nam quod ab alio dictum est, dicenti post illum non perindè expedit: verùm is peritissimus artis esse creditur qui pro dignitate rerum dixerit, & ea invenerit quæ ab aliis reperta non fuerint. Maximum autem hujus dissimilitudinis illud est argumentum; orationes scilicet rectè se

---

opus aliquod remanet quod oculis aspicitur. Talis est scribendi actio; ubi desiit, in conspectu manet id quod scriptum est. Sed dicere est πρακτικὸν: nempè, v. g. ubi peroravit Demosthenes & actio desiit, opus nullum cernitur.

τοὺς μὲν γὰρ λόγους οὐχ οἷόν τε καλῶς ἔχειν, ἢν μὴ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πρέποντος ἱκανῶς μετάσχωσιν, τοῖς δὲ γράμμασιν οὐδενὸς τούτων προσεδέησεν. Ὥσθ᾽ οἱ χρώμενοι τοῖς τοιούτοις παραδείγμασι, πολὺ ἂν δικαιότερον ἀποτίνοιεν ἢ λαμβάνοιεν ἀργύριον, ὅτι, πολλῆς ἐπιμελείας αὐτοὶ δεόμενοι, τοὺς ἄλλους παιδεύειν ἐπιχειροῦσιν.

Εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορῆσαι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ δηλῶσαι διάνοιαν, ἡγοῦμαι πάντας ἄν μοι τοὺς εὖ φρονοῦντας συνειπεῖν, ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων, ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες, ἄλλοι δέ τινες οὐδενὶ πώποτε συγγενόμενοι τῶν σοφιστῶν, καὶ λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι δεινοὶ γεγόνασιν. Αἱ μὲν γὰρ δυνάμεις καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων, ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνονται, καὶ τοῖς περὶ τὰς ἐμπειρίας γεγυμνασμένοις. Ἡ δὲ παίδευσις τοὺς μὲν τοιούτους τεχνικωτέρους, καὶ πρὸς τὸ ζῆν εὐπορωτέρους ἐποίησεν· οἷς γὰρ καὶ νῦν ἐντυγχάνουσι πλανώμενοι, ταῦτα ἐξ ἑτοιμοτέρου λαμβάνειν ἐδίδαξε. Τοὺς δὲ καταδεεστέραν τὴν φύσιν ἔχοντας, ἀγωνιστὰς μὲν ἀγαθοὺς ἢ λόγων ποιητὰς οὐκ ἂν

[l. 19 & 20.] Πρὸς τὸ ζῆν εὐπορωτέρους intellige, expeditiores (ad loquendum & ad ſcribendum) in variis

habere non possunt, nisi temporibus & decoro apprimè sint accommodatæ; litteræ verò horum nihil desiderant. Quapropter eos qui hujusmodi exemplis utuntur, multò æquius esse dependere quàm accipere pecuniam, quòd, quum ipsi institutione multâ indigerent, alios erudire aggrediantur.

Sapienter definit orator quæ, tùm in eo qui docet tùm in eo qui discit eloquentiam, requirantur.

Quòd si non tantùm alii accusandi sunt, sed mea quoque sententia explicanda est, omnes benè sanos mihi concessuros arbitror, multos jam qui eloquentiæ studuerint privatos permansisse; quosdam verò alios, qui nullo unquàm è sophistis præceptore sunt usi, tàm in dicendo quàm in republicâ gerendâ solertes extitisse. Nam tùm eloquentiæ tùm ceterarum omnium facultates, naturâ ingeniosis hominibus, & exercentibus se usu, donantur: hos autem institutio artis peritiores, & ad varias vitæ circumstantias reddit instructiores; siquidem in quæ hactenùs velut errantes inciderant, quasi è penu confestìm depromere docet. At si qui sunt infirmioribus ingeniis, eos nunquam institutio efficiet vel optimos oratores, vel orationum

---

vitæ circumstantiis.

ἀποτελέσειεν, αὐτοὺς δ᾽ ἂν αὑτῶν προαγάγοιτο, καὶ πρὸς πολλὰ φρονιμώτερον διακεῖσθαι ποιήσειεν.

Βούλομαι δ᾽, ἐπειδήπερ ἐνταῦθα προῆλθον, ἔτι σαφέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Φημὶ γὰρ ἐγὼ τῶν μὲν ἰδεῶν ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας καὶ λέγομεν καὶ συντίθεμεν λαβεῖν ἐπιστήμην, οὐκ εἶναι τῶν πάνυ χαλεπῶν, ἤν τις αὑτὸν παραδιδῷ, μὴ τοῖς ῥᾳδίως ὑπισχνουμένοις, ἀλλὰ τοῖς εἰδόσι περὶ αὐτῶν. Τὸ δὲ τούτων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἃς δεῖ προελέσθαι, καὶ μίξασθαι πρὸς ἀλλήλας, καὶ τάξαι κατὰ τρόπον, ἔτι δὲ καὶ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον καταποικίλαι, καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὐρύθμως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, ταῦτα δὲ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖσθαι, καὶ ψυχῆς ἀνδρικῆς καὶ δοξαστικῆς ἔργον εἶναι. Καὶ δεῖ τὸν μὲν μαθητὴν, πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν οἵαν χρὴ, τὰ μὲν εἴδη τῶν λόγων μαθεῖν, περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι· τὸν δὲ διδάσκαλον, τὰ μὲν οὕτως ἀκριβῶς ὡς οἷόν τ᾽ εἶναι διελθεῖν, ὥστε μηδὲν τῶν διδακτῶν παραλιπεῖν, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν τοιοῦτον αὑτὸν παράδειγμα παρασχεῖν,

---

[l. 1 & 2.] Αὐτοὺς αὐτῶν προαγάγοιτο, ipſos ante ſemetipſos provexit, i. e. effecerit ut ſibimetipſis ſuperio-

ſcriptores

ſcriptores egregios; verùm eò duntaxat perducet ut ipſi ſeſe quodammodo ſuperent, & multis in rebus prudentiores fiant.

Libet autem, poſtquam huc provectus ſum, dilucidiùs hæc exponere. Nego igitur illa dicendi genera juxtà quæ orationes omnes & dicimus & conſcribimus cognitu eſſe perdifficilia, ſi quis magiſtro non temerè pollicenti, ſed artis perito, ſe erudiendum tradiderit. In ſingulis autem rebus ea genera eligere quæ conveniunt, & inter ſe miſcere, & ſcitè collocare; prætereà condecentias ſervare, congruis ſententiis totam variare orationem, & verba ità diſponere ut numeroſum & muſicum quemdam concentum efficiant: hæc demùm ingentem curam, animum generoſum atque ſagacem, requirunt. Ac diſcipulum quidem oportet idoneo præditum ingenio, etiam callere varias orationum formas, & in illarum uſu exerceri: magiſtrum verò par eſt præcepta omnia, quàm accuratiſſimè licet, explicare, ità ut nihil quod doceri poſſit prætermittat; & de reliquis tale ſe exemplum

res ſint & ipſi ſe vincant.

[l. 21.] Οὕτως junge cum proximo ὡς. Deindè pro εἶναι malim ἐςὶ quod hîc uſitatius foret.

[l. 22 & 23.] Περὶ τῶν λοιπῶν, de reliquis, i. e. de orationis formarum uſu.

ὥστε τοὺς ἐκτυπωθέντας καὶ μιμεῖσθαι δυνηθέντας, εὐθὺς ἀνθηρότερον καὶ χαριέστερον τῶν ἄλλων φαίνεσθαι λέγοντας. Καὶ τούτων μὲν πάντων συμπεσόντων, τὸ τέλειον ἕξουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες· καθ' ὃ δ' ἂν ἐλλείπῃ τι τῶν εἰρημένων, ἀνάγκη ταύτῃ χείρους εἶναι τοὺς πλησιάζοντας.

Οἱ μὲν οὖν ἄρτι τῶν σοφιστῶν ἀναφυόμενοι, καὶ νεωστὶ προσπεπτωκότες ταῖς ἀλαζονείαις, εἰ καὶ νῦν πλεονάζουσιν, οἶδ' ὅτι πάντες ἐπὶ ταύτην κατενεχθήσονται τὴν ὑπόθεσιν.

Λοιποὶ δ' εἰσὶν ἡμῖν οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι, καὶ τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες, οὓς οὐκ ἀφετέον ἀνεπιτιμήτους. Οἵτινες ὑπέσχοντο δικάζεσθαι διδάξειν, ἐκλεξάμενοι τὸ δυσχερέστατον τῶν ὀνομάτων, ὃ τῶν φθονούντων ἔργον ἦν λέγειν, ἀλλ' οὐ τῶν προεστώτων τῆς τοιαύτης παιδεύσεως· καὶ ταῦτα τοῦ πράγματος καθ' ὅσον ἐστὶ διδακτὸν, οὐδὲν μᾶλλον πρὸς τοὺς δικανικοὺς λόγους, ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὠφελεῖν δυναμένου. Τοσούτῳ δὲ χείρους ἐγένοντο τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων, ὅσον οὗτοι μὲν τοιαῦτα λογίδια διεξιόντες, οἷς εἴ τις ἐπὶ τῶν πράξεων ἐμμένειεν, εὐθὺς ἂν ἐν πᾶσιν εἴη κακὸς,

[l. 1.] Ἐκτυπωθέντας sensu activo sumitur quasi ἐκτυπωσάντας.

præbere, ut qui id expresserint & imitari potuerint, statìm ornatiùs & elegantiùs quàm alii dicere videantur. Quæ universa si concurrerint, numeris omnibus absoluti erunt eloquentiæ magistri: prout quidquam ex his desiderabitur, necesse erit & ab eâ parte discipulos esse deteriores.

Ceterùm istos sophistas modò subortos, & istam arrogantiam recèns amplexos, etsi magna est eorum turba, omnes tamen scio ad hoc argumentum pertinere.

III. Restant ii qui, antè nostram ætatem de forensi artificio scribere ausi, non sine reprehensione dimittendi sunt. Id enim præ se tulerunt se docturos quomodo lites agendæ sint, eo delecto vocabulo quod odiosissimum est, quodque ipsorum invidos potiùs, quàm eloquentiæ præceptores, eligere decuisset: præsertìm quum hæc, quanta patet, doctrina non minùs ad forenses controversias quàm ad cetera orationum genera possit conducere. Tantò autem sunt pejores iis qui circà contentiones dialecticas versantur, quòd hi quidem, quum eas percurrant quæstiunculas, quibus si quis in rebus gerendis insisteret, statim evaderet

[l. 12.] Hìc τέχνας intellige τέχνας δικανικὰς, artes forenses.

ὅμως ἀρετὴν ἐπηγγείλαντο καὶ σωφροσύνην ὑπὲρ αὐτῶν· ἐκεῖνοι δὲ ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους παρακαλοῦντες, ἀμελήσαντες τῶν ἄλλων τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι. Καίτοι τοὺς βουλομένους πειθαρχεῖν τοῖς ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας ταύτης προσταττομένοις, πολὺ ἂν θᾶττον πρὸς ἐπιείκειαν ἢ πρὸς ῥητορείαν ὠφελήσειαν. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν ὡς ἔστι δικαιοσύνη διδακτόν. Ὅλως μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἡγοῦμαι τέχνην τοιαύτην εἶναι, ἥτις τοῖς κακῶς πεφυκόσι πρὸς ἀρετήν, σωφροσύνην ἢ δικαιοσύνην ἂν ἐμποιήσειεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συμπαρακελεύσασθαί γε καὶ συνασκῆσαι μάλιστ' ἂν οἶμαι τὴν τῶν λόγων τῶν πολιτικῶν ἐπιμέλειαν.

Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὰς μὲν τῶν ἄλλων ὑποσχέσεις διαβάλλειν, αὐτὸς δὲ μείζω λέγειν τῶν ἐνόντων· ἐξ ὧνπερ αὐτὸς ἐπείσθην οὕτω ταῦτ' ἔχειν, ῥᾳδίως οἶμαι καὶ τοῖς ἄλλοις φανερὸν καταστήσειν.

[l. 4.] Αὐτοῖς, scilicet πολιτικοῖς λόγοις.

[l. 8.] Ὠφελήσειαν, nempè οἱ τῶν πολιτικῶν λόγων διδάσκαλοι. = [l. 10.] Διδακτὸν sub. πρᾶγμα.

[l. 13 & seq.] Οὐ μὴν ἀλλὰ . . . . ἐπιμέλειαν, ad verbum, sedenim puto orationum politicarum disciplinam seipsam nobiscum comparaturam (ad virtutem), hancque



improbiſſimus, attamen promiſerunt virtutem & ſapientiam ex his enaſcendas: iſti verò, dùm ad orationes politicas adhortarentur, neglectis aliis quæ in hâc diſciplinâ inſunt commoditatibus, curioſæ & improbæ cupiditatis doctores eſſe ſubſtinuerunt. Porrò eos qui hujus diſciplinæ præceptis obtemperant, ipſi forſan faciliùs ad æquitatem adduxiſſent quàm ad eloquentiam. Neque me quiſquam dicere exiſtimet juſtitiam doceri poſſe; nullam quippè prorsùs talem artem eſſe arbitror, quæ ingeniis ad virtutem non factis, vel temperantiam vel juſtitiam inſerat: ſedenim ut ad virtutem comparemur, ipſamque exerceamus, maximè conferre exiſtimo eloquentiæ politicæ diſciplinam.

Alteram orationis partem ſe tractaturum edicit Iſocrates, quam reipsâ non tractat; undè meritò concluditur hanc orationem eſſe imperfectam.

Verùm ne pollicitationes aliorum criminari videar, dùm ipſe res exaggero ſuprà modum; eas rationes quibus in hanc ſententiam ſum adductus, confido me facilè etiam aliis probaturum.

---

nobiſcum colituram, i. e. nos adjuturam ut ad virtutem comparemur, & hanc colamus.

[l. 17.] Μείζω λέγειν τῶν ὄντων, majora dicere quàm ea quæ reipsâ ſunt.



ANALYSIS ORATIONIS

INSCRIPTÆ

ΠΛΑΤΑΙΚῸΣ,

VEL PRO PLATÆENSIBUS.

PROPOSITUM.

Per bellum Peloponnesiacum Lacedæmonii, ut Thebanis gratificarentur, Platæam oppugnârant, ceperant & diruerant. Platæenses, quicumque potuerunt, Athenas confugêre; undè profecti per pacem dictam Antalcidis, in patriam reversi sunt. Quos Thebani ipsâ in pace, variis de causis, imparatos aggressi, urbem vix regressos expulerunt. Platæenses igitur patriâ pulsi iterùm confugerunt Athenas. Isocrates supponit (nam orationem hanc videtur scripsisse declamandi causâ, ut aiunt) hos, concione habitâ, conquestos fuisse de Thebanis, & postulavisse ut patria injustè diruta instauraretur. Sciendum est Athenienses tunc cum Thebanis aliisque Græciæ populis, societatem quamdam inivisse adversùs Lacedæmonios.

Exordium.

Benevolentiam & attentionem captare conantur Platæenses, 1°. per humanitatem Atheniensium ad quos loquuntur, ac per suum ipsorum statum miserabilem; 2°. per artes The-

banorum qui præstantissimos Athenarum oratores sibi conciliârunt, per eorumdem ergà se iniquitatem & violentiam, de quibus ut par est dicere nequeunt; 3°. ostendendo quàm rationi foret absonum se non adipisci ab Atheniensibus quæ Thebani adepti sunt potentiæ Atticæ perpetui inimici.

Transitus ad confirmationem.

Confirmatio.

Id probare intendunt Platæenses Platæam non debuisse dirui, eamque debere instaurari, idque evincunt Thebanos ipsorumque defensores confutando.

I. Probatur Platæam non debuisse dirui quòd Platæenses in Thebanorum concilio adesse noluerunt. Namque primùm hi persuadendi erant, non cogendi, ut id facerent; deindè Thebani nullo jure ab his postulare poterant ut apud se adessent in concilio.

II. Probatur item Platæam non debuisse dirui quòd Platæenses unà cum Lacedæmoniis bellum gesserint; siquidem illos duces inviti secuti sunt: quod ipsis commune fuit cum multis aliis Græcis, qui corporibus, non animis, laconicæ potentiæ se adjunxerunt.

Digressio in Athenienses, quorum humanitas crudelitati Thebanorum opponitur.

III. Verùm, inquiunt Thebani, ob communem sociorum utilitatem egimus. Sed etiamsi reverâ communis sociorum utilitas postularet ut Platæa dirueretur, Thebani debuerunt venire Athenas non eâ jam excisâ, at stante adhuc, de ejus

excidio cum Athenienſibus deliberaturi. Atenim nunquam planum facient id è re ſociorum eſſe quod ipſi iniquè patrârunt & crudeliter.

IV. Non poterunt dicere Thebani ſe fidem ſervare conſtanter, at metuendum eſſe ne Platæenſes, regione ſuâ recuperatâ, ad Lacedæmonios deficiant. Platæenſium fides egregia opponitur infidelitati Thebanorum tùm ergà Græciam univerſam, tùm ergà Athenas. De hâc infidelitate paulò fuſiùs loquitur orator.

V. Ad hanc rationem aliqui confugient, ſocietatem Thebanorum regionis Atticæ nunc pro munimento haberi, providendum autem eſſe ne iſti Lacedæmoniorum partes amplectantur.

1°. Validiùs evincitur nunquàm ità ſtultos fore Thebanos ut in tempore præſenti ab Athenienſibus deſciſcant ad Lacedæmonios.

2°. Etiamſi id facturi eſſent, tamen honeſtas utilitati anteferenda eſt.

3°. Si Thebani deſerent Athenas, non deerunt ſocii Athenienſibus juſta decernentibus adversùs Thebanos iniqua agentes.

Tranſitus ad perorationem.

Peroratio.

Peroratio eſt aptiſſimè diſpoſita ad commovendos animos.

1°. Vividè exponitur Platæensium fœda calamitas eorumque conditio miserabilis.

2°. Deprecatio fit ab amicitiâ & cognatione, ab indole Atheniensium ergà supplices, & iis quæ egerunt ergà alios qui ad se confugerant, ab ætate senili & juvenili eorum qui adsunt, & à grati animi officio.

3°. Obtestatio vehemens pro regione plataica, pro triumphis, pro majoribus, pro heroibus, cum criminatione Thebanorum.

4°. Concluditur revocando breviter præcipua momenta, ac præsertìm juramenta & fœdera, hortandoque ut secundùm jus & æquum decernatur.





ΠΛΑΤΑΙΚῸΣ.

Εἰδότες ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις προθύμως βοηθεῖν εἰθισμένους, καὶ τοῖς εὐεργέταις μεγίστην χάριν ἀποδιδόντας, ἥκομεν ἱκετεύσοντες, μὴ περιϊδεῖν ἡμᾶς εἰρήνης οὔσης ἀναστάτους ὑπὸ Θηβαίων γιγνομένους. Πολλῶν δὲ ἤδη πρὸς ὑμᾶς καταφυγόντων, καὶ διαπραξαμένων ἅπανθ' ὅσων ἐδεήθησαν, πολλὴν ἡγούμεθα μάλιστα προσήκειν ὑμῖν περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως ποιήσασθαι πρόνοιαν. Οὔτε γὰρ ἀδικώτερον οὐδένας ἂν ἡμῶν εὕροιτε τηλικαύταις συμφοραῖς περιπεπτωκότας· οὔτ' ἐκ πλείονος χρόνου πρὸς τὴν ὑμετέραν πόλιν οἰκειότερον διακειμένους. Ἔπειτα δὲ περὶ τοιούτων δεησόμενοι πάρεσμεν, ἐν οἷς κίνδυνος μὲν οὐδεὶς ἔνεστι, πάντες δ' ἄνθρωποι πειθομένους νομιοῦσιν ὑμᾶς ὁσιωτάτους καὶ δικαιοτάτους εἶναι τῶν Ἑλλήνων.

Εἰ μὲν οὖν Θηβαίους μόνους ἑωρῶμεν ἐκ παντὸς τρόπου παρεσκευασμένους πείθειν ὑμᾶς ὡς οὐδὲν εἰς ἡμᾶς ἐξημαρτήκασι, διὰ βραχέων ἂν ἐποιησάμεθα τοὺς λόγους. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοῦθ' ἥκομεν ἀτυχίας, ὥστε μὴ μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα πρὸς



PLATAICUS.

EXORDIUM.

QUUM ſciamus vos, viri Athenienſes, & affectis injuriâ libenter opitulari ſolitos, & pro acceptis beneficiis cumulatè gratiam referre, venimus ſupplicaturi ne nos tempore pacis à Thebanis penitùs everti ſinatis. Etſi autem jam multi ad veſtram fidem confugerunt, & omnia adepti ſunt quæ petierant, curam tamen urbis noſtræ vobis præſertìm putamus ſuſcipiendam. Nec enim ullos reperietis qui vel injuſtiùs quàm nos tantis calamitatibus ſint oppreſſi, vel qui veſtram civitatem diutiùs & fideliùs coluerint. Atque inſuper ea petituri ſumus, quæ ut periculi prorsùs nihil habent, ità, ſi impetraverimus à vobis, ab omnibus vos ſanctiſſimi & juſtiſſimi Græcorum judicabimini.

Quòd ſi Thebanos duntaxat omninò ità paratos eſſe videremus ut vobis perſuadere ſtuderent ſe nullâ nos affeciſſe injuriâ, noſtram orationem paucis abſolveremus: quum autem ea noſtra ſit infelicitas, ut non cum iſtis tantùm nobis conflictan-

[l. 17.] Addidi *μόνους* quod deeſt in vulgatâ. Codd. K & N legunt *ὑ μὲν ὗν μὴ Θηβαίυς.*

τούτους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν ῥητόρων τοὺς ἱκανωτάτους, οὓς ἀπὸ τῶν ἡμετέρων αὐτοῖς οὗτοι παρεσκευάσαντο συνηγόρους· ἀναγκαῖον διὰ μακροτέρων δηλῶσαι περὶ αὐτῶν.

Χαλεπὸν μὲν οὖν μηδὲν καταδεέστερον εἰπεῖν ὧν πεπόνθαμεν. Ποῖος γὰρ ἂν λόγος ἐξισωθείη ταῖς ἡμετέραις δυσπραξίαις; ἢ τίς ἂν ῥήτωρ ἱκανὸς γένοιτο κατηγορῆσαι τῶν Θηβαίοις εἰς ἡμᾶς ἡμαρτημένων; Ὅμως δὲ πειρατέον οὕτως ὅπως ἂν δυνώμεθα φανερὰν καταστῆσαι τὴν τούτων παρανομίαν. Πολὺ δὲ μάλιστα ἀγανακτοῦμεν, ὅτι τοσούτου δέομεν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὥστ᾽ εἰρήνης οὔσης καὶ συνθηκῶν γεγενημένων, οὐχ ὅπως τῆς κοινῆς ἐλευθερίας μετέχομεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ δουλείας μετρίας ἠξιώθημεν τυχεῖν.

Δεόμεθα οὖν ὑμῶν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετ᾽ εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων· ἐνθυμηθέντας ὅτι πάντων ἂν ἡμῖν ἀλογώτατον εἴη συμβεβηκὸς, εἰ Θηβαίοις μὲν τοῖς ἅπαντα τὸν χρόνον δυσμενῶς πρὸς τὴν πόλιν ὑμῶν διακειμένοις, αἴτιοι γεγένησθε τῆς ἐλευθερίας, ἡμεῖς δὲ μηδ᾽ ἱκετεύοντες ὑμᾶς τῶν αὐτῶν τοῖς ἐχθίστοις τύχοιμεν.

Περὶ μὲν οὖν τῶν γεγενημένων οὐκ οἶδ᾽ ὅτι δεῖ

dum ſit, ſed etiam cum oratorum præſtantiſſimis quos ex noſtris bonis patronos ſibi conciliaverunt, neceſſitas poſtulat ut rem prolixiùs explicemus.

Difficile quidem eſt non minora dicere quàm quæ perpeſſi ſumus. Quæ enim oratio noſtris calamitatibus æquari poſſit? aut quis par ſit iis criminandis quæ à Thebanis in nos iniquè geſta ſunt? Opera tamen danda eſt, ut quocumque poſſimus modo, iſtorum iniquitatem & violentiam patefaciamus. Illud autem maximè indignamur, quòd non ſolùm longè deteriore conditione ſumus quàm ceteri Græci; ſed quòd, pace conſtitutâ fœderibusque ſancitis, adeò communis libertatis non ſumus expertes, ut ne moderatam quidem ſervitutem potuerimus impetrare.

Oramus igitur vos, viri Athenienſes, ut cum benevolentiâ verba noſtra audiatis, cogitantes nihil nobis poſſe accidere quod à ratione tantoperè ſit abſonum, quàm, quum Thebanis, civitatis veſtræ perpetuis inimicis, libertatem reſtitueritis, nos ne ſupplicantes quidem ea poſſe adipiſci quæ inimiciſſimi obtinuerunt.

Tranſitus ad confirmationem.

Ac expoſitioni rerum geſtarum immorari longiùs

[l. 1.] Ἀλλὰ ϗ πρός .... hoc πρὸς abeſt à vulgatâ.

μακρολογεῖν· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ τὴν χώραν ἡμῶν κατανενέμηνται, καὶ τὴν πόλιν κατεσκάφασιν; ἃ δὲ λέγοντες ἐλπίζουσιν ἐξαπατήσειν, περὶ τούτων ὑμᾶς πειρασόμεθα διδάσκειν.

Ἐνιότε μὲν γὰρ τολμῶσι λέγειν, ὡς διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς οὕτω προσηνέχθησαν, ὅτι συντελεῖν αὐτοῖς οὐκ ἠθέλομεν. Ὑμεῖς δ᾽ ἐνθυμεῖσθε, πρῶτον μὲν, εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑπὲρ τηλικούτων ἐγκλημάτων οὕτως ἀνόμους καὶ δεινὰς ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας· ἔπειτ᾽, εἰ προσήκειν ὑμῖν δοκεῖ, μὴ πεισθεῖσαν τὴν Πλαταιέων πόλιν, ἀλλὰ βιασθεῖσαν, Θηβαίοις συντελεῖν. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδένας ἡγοῦμαι τολμηροτέρους εἶναι τούτων, οἵτινες τὰς μὲν ἰδίας ἡμῶν ἑκάστων πόλεις ἀφανίζουσι, τῆς δὲ σφετέρας αὐτῶν πολιτείας οὐδὲν δεομένους κοινωνεῖν ἀναγκάζουσι. Πρὸς δὲ τούτοις οὐδ᾽ ὁμολογούμενα φαίνονται διαπραττόμενοι πρός τε τοὺς ἄλλους, καὶ πρὸς ἡμᾶς. Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς, ἐπειδὴ πείθειν ἡμῶν τὴν πόλιν οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ὥσπερ τοὺς Θεσπιέας καὶ τοὺς Ταναγραίους, συντελεῖν μόνον εἰς τὰς Θήβας ἀναγκάζειν. Οὐδὲν γὰρ ἂν τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἦμεν πεπονθότες. Νῦν δὲ φανεροὶ γεγόνασιν οὐ τοῦτο δια-

[l. 5.] Vulg. ἔνιοι τε, legi ἐνίοτε, interdùm, quod legit etiam Battie. Ad τολμῶσι subaudi οἱ Θηβαῖοι.

non video quorsùm attineat : quis enim neſcit eos & agrum noſtrum inter ſe diviſiſſe, & urbem evertiſſe? de iis autem vos præmonendos eſſe ducimus, per quæ ſe vobis fucum facturos eſſe exiſtimant.

CONFIRMATIO.

I. Interdum enim dicere audent ſe propterea nos ità tractaſſe, quòd in ipſorum concilio adeſſe noluerimus. Vos autem cogitate, primùm, æquumne ſit ob tantilla crimina tàm iniquas & acerbas pœnas exigere : deindè an vobis videatur Platæenſium civitati vim potiùs fuiſſe afferendam, quàm perſuadendum ut cum Thebanis conſilia miſceret. Ego ſanè nullos iſtis audaciores eſſe autumo, qui & urbes evertant quæ noſtrûm propriæ ſint, & ad ſuæ reipublicæ communitatem adigant quâ nullatenùs nobis opus eſt. Præterea in nos aliter graſſari quàm in alios nullus ignorat. Illos enim oporteret, quum noſtræ civitati perſuadere non poſſent, noſmet tantùm coegiſſe, quemadmodum Theſpienſes & Tanagræos, ut Thebas iremus ad conſilia miſcenda : nam ſic immedicabilibus malis non oppreſſi eſſemus. Nunc, non id eis fuiſſe propoſitum, ſed

---

[l. 8.] Τηλικούτων accipe ſenſu diminutivo quod ſæpiùs fit, ob tantilla crimina.

πρᾶξαι βουληθέντες, ἀλλὰ τῆς χώρας ἡμῶν ἐπιθυμήσαντες. Θαυμάζω δὲ πρὸς τί τῶν γεγενημένων ἀφορῶντες, καὶ πῶς πώποτε τὸ δίκαιον κρίνοντες, ταῦτα φήσουσι προστάττειν ἡμῖν. Εἰ μὲν γὰρ τὰ πάτρια σκοποῦσιν, οὐ τῶν ἄλλων αὐτοῖς ἀρκτέον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον Ὀρχομενίοις φόρον οἰστέον. Οὕτω γὰρ εἶχε τὸ παλαιόν. Εἰ δὲ τὰς συνθήκας ἀξιοῦσιν εἶναι κυρίας, ὅπερ ἐστὶ δίκαιον, πῶς οὐχ ὁμολογήσουσιν ἀδικεῖν καὶ παραβαίνειν αὐτάς· ὁμοίως γὰρ τάς τε μικρὰς τῶν πόλεων καὶ τὰς μεγάλας αὐτονόμους εἶναι κελεύουσιν.

Οἶμαι δὲ περὶ μὲν τούτων οὐ τολμήσειν αὐτοὺς ἀναισχυντεῖν· ἐπ' ἐκεῖνον δὲ τρέψεσθαι τὸν λόγον, ὡς μετὰ Λακεδαιμονίων ἐπολεμοῦμεν, καὶ πάσῃ τῇ συμμαχίᾳ διαφθείραντες ἡμᾶς τὰ συμφέροντα πεποιήκασιν.

Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν χρῆναι μηδεμίαν μήτε αἰτίαν μήτε κατηγορίαν μεῖζω δύνασθαι τῶν ὅρκων καὶ συνθηκῶν· οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ τινὰς κακῶς παθεῖν διὰ τὴν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν, οὐκ ἂν Πλαταιεῖς ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων προεκρίθησαν δικαίως. Οὐ γὰρ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναγκασθέντες, αὐτοῖς ἐδουλεύομεν. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν εἰς τοῦθ' ἡμᾶς ἀνοίας ἐλθεῖν, ὥστε περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τοὺς ἐξανδραποδισαμέ-

agrum

agrum nostrum eos concupivisse satis apparet. Miror equidem in quod vetus exemplum intuentes, aut quâ juris regulâ utentes, dicturi sint se hæc mandata nobis injungere. Nam si patrium morem considerant, non aliis imperare debent, sed multò potiùs Orchomeniis tributum pendere: ità enim se res olim habuit. Sin fœdera rata esse volunt, sicut æquum est, quomodo non fatebuntur se iniquè agere, & illa violare; quippè quæ parvas civitates non minùs ac magnas suis uti legibus jubeant?

II. Eos autem non fore tàm impudentes reor ut hæc negare audeant, verùm ad illam se rationem conversuros, scilicet nos unà cum Lacedæmoniis bellum gessisse, seque, quum nos exciderint, societatis universæ commodis consuluisse.

Ego verò arbitror nullàm esse causam, nullumve crimen quod plus valere debeat quàm pacta & jusjurandum. Verumtamen si qui ob Lacedæmoniorum societatem plectendi sunt, non æquum fuit Platæenses potissimùm ex universis Græcis deligi: quippè non volentes, sed coacti, illis serviebamus. Quis enim crediderit tantâ nos fuisse amentiâ, ut eos qui urbem nostram everterant, iis præferremus

[l. 11 & 12.] Κελεύουσιν nempè αἱ συνθῆκαι.

νους ἡμῶν τὴν πόλιν μᾶλλον, ἢ τοὺς τῆς πόλεως τῆς αὐτῶν μεταδόντας; Ἀλλὰ γὰρ, οἶμαι, χαλεπὸν ἦν νεωτερίζειν αὐτοὺς μὲν μικρὰν πόλιν οἰκοῦντας, ἐκείνων δὲ οὕτω μεγάλην δύναμιν κεκτημένων, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἁρμοστοῦ καθεστῶτος, καὶ φρουρᾶς ἐνούσης, καὶ τηλικούτου στρατεύματος ὄντος Θεσπιᾶσιν, ὑφ' ὧν οὐ μόνον οὐκ ἂν ἔλαττον ἢ ὑπὸ Θηβαίων διεφθάρημεν, ἀλλὰ καὶ δικαιότερον. Τούτοις μὲν γὰρ εἰρήνης οὔσης, οὐ προσῆκε μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γενομένων· ἐκεῖνοι δὲ ἐν τῷ πολέμῳ προδοθέντες, εἰκότως ἂν παρ' ἡμῶν τὴν μεγίστην δίκην ἐλάμβανον. Ἡγοῦμαι δ' ὑμᾶς οὐδὲ τοῦτο ἀγνοεῖν, ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δὲ εὐνοίαις μεθ' ὑμῶν ἦσαν. Οὓς τίνα χρὴ προσδοκᾶν γνώμην ἕξειν, ἂν ἀκούσωσιν ὅτι Θηβαῖοι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων πεπείκασιν, ὡς οὐδενός ἐστι φειστέον τῶν ὑπὸ Λακεδαιμονίοις γενομένων; ὁ γὰρ τούτων λόγος οὐδὲν ἀλλ' ἢ τοῦτο φανήσεται δυνάμενος. Οὐδὲ γὰρ ἰδίαν κατηγορίαν ποιούμενοι κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἀπολωλέκασιν αὐτὴν, ἀλλ' ἣν ὁμοίως καὶ κατ' ἐκείνων ἕξουσιν εἰπεῖν. Ὑπὲρ ὧν βουλεύεσθαι χρὴ, καὶ σκοπεῖν ὅπως μὴ τοὺς πρότερον μισοῦντας τὴν ἀρχὴν τὴν Λακεδαιμονίων, ἡ τούτων ὕβρις διαλλάξῃ, καὶ

qui ſuâ ipſorum nos donârant civitate. Atenim difficile erat novis rebus ſtudere, quum & nos parvum oppidum haberemus, & illi tàm immensâ potentiâ inſtructi eſſent; atque inſuper præfectus Laconicus cum præſidio in arce noſtrâ habitaret, & Theſpiis tantus adeſſet exercitus, qui nos non tantùm nihilominùs quàm Thebani, ſed juſtiùs etiam, perdidiſſent. Hos enim non decuit, pace conſtitutâ, veteres offenſas ulciſci: illi, deſerti in bello, jure à nobis pœnas ſumpſiſſent graviſſimas. Jam nec illud ignorare vos exiſtimo, multos & ex aliis Græcis coactos eſſe corporibus illos ſequi, animis & benevolentiâ vobiſcum fuiſſe conjunctos. Quibus quid animi fore cenſendum eſt quum audierint Thebanos Athenienſi populo perſuaſiſſe nemini eſſe parcendum qui Lacedæmoniis ſubjectus fuerit? Nempè non aliam vim habere videtur iſtorum oratio: ſiquidem non ob crimen aliquod peculiare noſtram urbem everterunt; ſed idem hoc & multis aliis poterunt objicere. Quapropter cogitandum eſt & providendum ne iſtorum inſolentia multos qui jam antè Lacedæmoniorum imperium oderant, reconciliet, atque efficiat ut ſuam

[l. 5.] Ἁρμοστοῦ. Vocabantur ἁρμοσταὶ, inquit Suidas, magiſtratus qui à Lacedæmoniis in civitates ſibi ſubjectas mittebantur.

[l. 23.] Ἣν refer ad καταστροφὴν, ſicut & ἐκείνων ad τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, l. 14.

ποιήσῃ τὴν ἐκείνων συμμαχίαν αὐτῶν νομίζειν σωτηρίαν εἶναι.

Ἐνθυμεῖσθε δὲ ὅτι τὸν πόλεμον ἀνείλεσθε τὸν ὑπογυώτατον, οὐχ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας, οὐδὲ ὑπὲρ τῆς τῶν συμμάχων ἐλευθερίας (ἅπασι γὰρ ὑπῆρχεν ὑμῖν), ἀλλ' ὑπὲρ τῶν παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας τῆς αὐτονομίας ἀποστερουμένων. Ὃ δὴ καὶ πάντων σχετλιώτατον, εἰ τὰς πόλεις ἃς οὐκ οἴεσθε δεῖν Λακεδαιμονίοις δουλεύειν, ταύτας περιόψεσθε νῦν ὑπὸ Θηβαίων ἀπολλυμένας. Οἳ τοσούτου δέουσι μιμεῖσθαι τὴν πρᾳότητα τὴν ὑμετέραν, ὥσθ' ὃ δοκεῖ πάντων δεινότατον εἶναι, δοριαλώτους γενέσθαι, τοῦτο κρεῖττον ἦν ἡμῖν παθεῖν ὑπὸ ταύτης τῆς πόλεως, ἢ τούτων τυχεῖν ὁμορούντων. Οἱ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν κατὰ κράτος ἁλόντες, εὐθὺς μὲν ἁρμοστοῦ καὶ δουλείας ἀπηλλάγησαν, νῦν δὲ τοῦ συνεδρίου καὶ τῆς ἐλευθερίας μετέχουσιν· οἱ δὲ τούτων πλησίον οἰκοῦντες, οἱ μὲν οὐδὲν ἧττον τῶν ἀργυρωνήτων δουλεύουσιν, τοὺς δ' οὐ πρότερον παύσονται κακῶς ποιοῦντες, πρὶν ἂν οὕτως ὥσπερ ἡμᾶς διαθῶσι. Καὶ Λακεδαιμονίων μὲν κατηγοροῦσιν, ὅτι τὴν Καδμείαν κατέλαβον, καὶ φρουρὰς εἰς τὰς πόλεις καθιστᾶσιν· αὐτοὶ δ' οὐ φύλακας εἰσπέμποντες, ἀλλὰ τῶν μὲν τὰ τείχη κατασκάπτοντες, τοὺς δ' ἄρδην ἀπολλύντες, οὐδὲν οἴονται δεινὸν ποιεῖν. Ἀλλ' εἰς τοῦτο ἀναισχυν-

ſalutem in illorum ſocietate poſitam arbitrentur.

Digreſſio in Athenienſes, quorum humanitas crudelitati Thebanorum opponitur.

Cogitate porrò vos proximum ſuſcepiſſe bellum, non propter veſtram aut ſociorum libertatem (hanc enim omnes habebatis), ſed eorum causâ quibus contrà jusjurandum & fœdus libertas erepta erat. Acerbiſſimum igitur fuerit ſi quas civitátes Lacedæmoniis ſervire iniquum putabatis, eas nunc à Thebanis everti patiamini. Qui veſtram clementiam adeò non imitantur, ut quod omnium habetur miſerrimum, capi bello, illud ipſum ab hâc civitate nos perpeſſos eſſe præſtitiſſet, quàm iſtos vicinos habuiſſe. Nam quorum vos urbes vi expugnaſtis, hi ſtatìm ſervitute & præfecto Laconico liberati, nunc concilii par jus & libertatem receperunt: qui autem propè iſtos habitant, hi partìm nihilominùs quàm ære empta mancipia ſerviunt, partìm iſti priùs eos non deſinent exagitare, quàm eodem modo quo nos tractârint. Ac Lacedæmonios quidem accuſant ob Cadmeam occupatam, & præſidia urbibus impoſita: ipſi verò, quum non imponunt præſidia, ſed aliorum mœnia ſubruunt, alios perdunt funditùs, ſe nihil grave committere exiſ-

---

[l. 15.] Ὁμορύντων, vulg. ὁμόρους ὄντας.

τίας καὶ πονηρίας ἐληλύθασιν, ὥστε τῆς μὲν αὑτῶν σωτηρίας τοὺς συμμάχους ἅπαντας ἀξιοῦσιν ἐπιμελεῖσθαι, τῆς δὲ τῶν ἄλλων δουλείας αὑτοὺς κυρίους καθιστᾶσι. Καίτοι τίς οὐκ ἂν μισήσειε τὴν τούτων πλεονεξίαν; οἳ τῶν μὲν ἀσθενεστέρων ἄρχειν ζητοῦσι, τοῖς δὲ κρείττοσιν ἴσον ἔχειν οἴονται δεῖν; καὶ τῇ μὲν ὑμετέρᾳ πόλει τῆς γῆς τῆς ὑπὸ Ὠρωπίων δεδομένης φθονοῦσιν, αὐτοὶ δὲ βίᾳ τὴν ἀλλοτρίαν χώραν κατανέμονται.

Καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς λέγουσιν ὡς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν συμμάχων ταῦτ᾽ ἔπραξαν. Καί τοι χρῆν αὐτοὺς, ὄντος ἐνθάδε συνεδρίου, καὶ τῆς ὑμετέρας πόλεως ἄμεινον βουλεύεσθαι δυναμένης ἢ τῆς Θηβαίων, οὐχ ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων ἥκειν ἀπολογησομένους, ἀλλὰ πρὶν ποιῆσαί τι τούτων, ἐλθεῖν ὡς ὑμᾶς βουλευσομένους. Νῦν δὲ, τὰς μὲν οὐσίας τὰς ἡμετέρας ἰδίᾳ διηρπάκασι, τῆς δὲ διαβολῆς ἅπασι τοῖς συμμάχοις ἥκουσι μεταδώσοντες. Ἣν ὑμεῖς, ἢν σωφρονῆτε, φυλάξεσθε· πολὺ γὰρ κάλλιον τούτους ἀναγκάσαι μιμήσασθαι τὴν ὁσιότητα τὴν ὑμετέραν, ἢ τῆς τούτων παρανομίας αὐτοὺς πεισθῆναι μεταλαβεῖν, οἳ μηδὲν τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις γινώσκουσιν. Οἶμαι γὰρ ἅπασι φανερὸν εἶναι, ὅτι προσήκει τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἐν μὲν τῷ πολέμῳ σκοπεῖν ὅπως ἐκ παντὸς τρόπου πλέον ἕξουσι τῶν ἐχθρῶν·

timant; tantâque sunt impudentiâ & improbitate, ut suæ salutis curam haberi ab omnibus sociis postulent, ipsique alios servitute opprimendi potestatem sibi arrogent. Quis igitur non oderit istorum arrogantiam, qui & dominari student imbecillioribus, & cum potentioribus æquum jus affectant; ac vestræ civitati agrum ab Oropiis datum invident, dùm ipsi alienum vi partiuntur?

III. Jam præter alias improbitates, se ob communem sociorum utilitatem hæc egisse dictitant. At verò quum hîc concilium sit, & vestra civitas prudentiùs possit deliberare quàm Thebana, eos non huc venire ad purganda sua facta, sed priusquam hujusmodi quidquam agerent, ad vos accessisse decuisset vobiscum deliberaturos. Nunc ubi nostras opes privatìm diripuerunt, adveniunt tandem crimen cum omnibus sociis communicaturi; quod, si sapitis, non in vos recipietis. Longè enim honestius est eos cogi ut vestram sanctitatem imitentur, quàm vobis persuaderi ut participes sitis injuriarum quas isti faciunt, qui nihil sentiunt omninò quod ceteri. Inter omnes enim constare arbitror sapientes homines decere, dare operam in bello ut quovis modo sint hostibus superiores, &

ἐπειδὰν δ' εἰρήνη γένηται, μηδὲν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν. Οὗτοι δὲ τότε μὲν ἐν ἁπάσαις ταῖς πρεσβείαις, ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας ἐποιοῦντο τοὺς λόγους· ἐπειδὴ δὲ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄδειαν εἶναι ποιεῖν ὅ,τι βουληθῶσιν, ἁπάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ὑπὲρ τῶν ἰδίων κερδῶν καὶ τῆς αὐτῶν βίας λέγειν τολμῶσι· καὶ φασὶ, τὸ Θηβαίους ἔχειν τὴν ἡμετέραν, τοῦτο συμφέρον εἶναι τοῖς συμμάχοις· κακῶς εἰδότες, ὡς οὐδ' αὐτοῖς τοῖς παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτοῦσιν οὐδὲν πώποτε συνήνεγκεν, ἀλλὰ πολλοὶ τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσαντες, περὶ τῆς ἑαυτῶν εἰς τοὺς μεγίστους κινδύνους δικαίως κατέστησαν.

Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε ἕξουσι λέγειν, ὡς αὐτοὶ μὲν μεθ' ὧν ἂν γένωνται, πιστοὶ διατελοῦσιν ὄντες· ἡμᾶς δ' ἄξιον φοβεῖσθαι μὴ, κομισάμενοι τὴν χώραν, πρὸς Λακεδαιμονίους ἀποστῶμεν. Εὑρήσετε γὰρ ἡμᾶς μὲν δὶς ἐκπεπολιορκημένους ὑπὲρ τῆς φιλίας τῆς ὑμετέρας, τούτους δὲ πολλάκις εἰς ταύτην τὴν πόλιν ἐξημαρτηκότας.

Καὶ τὰς μὲν παλαιὰς προδοσίας, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν· γιγνομένου δὲ τοῦ Κορινθιακοῦ πολέμου διὰ τὴν ὕβριν τὴν τούτων, καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἐπ' αὐτοὺς στρατευσάντων, δι' ὑμᾶς δὲ σωθέντες, οὐχ ὅπως τούτων χάριν ἀπέδοσαν,

pace conſtitutâ nihil pluris faciant quàm fœdera & jusjurandum. Verùm iſti tunc quidem in omnibus legationibus nihil niſi libertatem jactabant, & jus ſingulis vivendi juxtà leges ſuas: poſtquam autem putant ſibi licere facere quidquid lubet, neglectis ceteris omnibus, privata compendia & violentiam ſuam audent defendere, ac dicere, quòd Thebani noſtras fortunas occupârint; id verò eſſe è publica re ſociorum; ignorantes ſcilicet nulli unquam injuſta lucra profuiſſe, ſed multos qui aliena per injuriam appetiverunt, jure de ſuis bonis in maxima pericula veniſſe.

IV. Verùm ne illud quidem objicere poterunt, ſe fidem conſtanter ſervare iis cum quibus ſe conjunxerint; metuendum autem eſſe ne, noſtrâ regione recuperatâ, ad Lacedæmonios deficiamus. Reperietis enim noſtrum oppidum bis expugnatum eſſe propter amicitiam veſtram; iſtos ſæpiùs in hanc civitatem deliquiſſe.

Ac veteres quidem proditiones recenſere operoſum fuerit; bello autem Corinthiaco propter iſtorum injurias conflato, quum Lacedæmonii contrà eos exercitum duxiſſent, à vobis conſervati non modò gratiam non retulerunt; ſed quum bellum

ἀλλ' ἐπειδὴ διελύσασθε τὸν πόλεμον, ἀπολιπόντες ὑμᾶς, εἰς τὴν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν εἰσῆλθον. Καὶ Χῖοι μὲν καὶ Μιτυληναῖοι καὶ Βυζάντιοι συμπαρέμειναν, οὗτοι δὲ τηλικαύτην πόλιν οἰκοῦντες, οὐδὲ κοινοὺς σφᾶς αὐτοὺς παρασχεῖν ἐτόλμησαν· ἀλλ' εἰς τοῦτο ἀνανδρίας καὶ πονηρίας καὶ ἀφροσύνης ἦλθον, ὥστ' ὤμοσαν, ἦ μὴν ἀκολουθήσειν μετ' ἐκείνων ἐφ' ὑμᾶς τοὺς διασώσαντας τὴν πόλιν αὐτῶν. Ὑπὲρ ὧν δόντες τοῖς θεοῖς δίκας, τῆς Καδμείας καταλειφθείσης, ἠναγκάσθησαν ἐνθάδε καταφυγεῖν. Ὅθεν καὶ μάλιστα ἐπεδείξαντο τὴν αὐτῶν ἀπιστίαν. Σωθέντες γὰρ πάλιν διὰ τῆς ὑμετέρας δυνάμεως, καὶ κατελθόντες εἰς τὴν αὐτῶν, οὐδένα χρόνον ἐνέμειναν· ἀλλ' εὐθὺς εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀπέστελλον, ἕτοιμοι δουλεύειν ὄντες, καὶ μηδὲν κινεῖν τῶν πρότερον πρὸς αὐτοὺς ὡμολογημένων. Καὶ τί δεῖ μακρολογεῖν; εἰ γὰρ μὴ προσέταττον ἐκεῖνοι τοὺς φεύγοντας καταδέχεσθαι, καὶ τοὺς αὐτόχειρας ἐξείργειν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν αὐτοὺς μετὰ τῶν ἠδικηκότων ἐφ' ὑμᾶς τοὺς εὐεργέτας στρατεύεσθαι.

Καὶ τοιοῦτοι μὲν νεωστὶ περὶ τὴν πόλιν τὴν δὲ γεγενημένοι, τὸ δὲ παλαιὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος προδόται καταστάντες, αὐτοὶ μὲν ὑπὲρ οὐ-

[l. 18 & 19.] Post φεύγοντας vulg. habet μὴ, quod

compoſuiſſetis, relictis vobis ad Lacedæmoniorum ſocietatem ſe contulerunt. Ac Chii quidem, & Mitylenæi & Byzantii manſerunt in fide; iſti autem qui tantam urbem incolebant, ne quieſcere quidem ac neutrarum eſſe partium ſunt auſi, at eâ timiditate & improbitate & amentiâ fuerunt, ut præſtito jurejurando affirmârint ſe illos ſecuturos eſſe contrà vos qui urbem ipſorum ſervaveratis. Propter quæ pœnas à diis luentes, Cadmeâ occupatâ, ad vos confugere ſunt coacti. Undè etiam perfidia eorum maximè perſpecta eſt. Nam denuò veſtris auxiliis conſervati, & in ſuam ipſorum patriam reducti, minimum quidem tempus in fide manſerunt: verùm ſtatìm legatos miſerunt Lacedæmonem, parati ſervire, & ea omnia exequi quæ jam antè promiſerant. Quid multis opus eſt? niſi enim illi juſſiſſent recipi exules, & militum ſuorum occiſores urbe pelli, nihil obſtitiſſet quominùs unà cum Lacedæmoniis qui ipſos injuriis affecerant, vos optimè de ſe meritos bello oppugnarent.

Qui igitur & nuper ſe tales præbuerunt ergà veſtram civitatem, & olim totam Græciam prodiderunt, veniam tamen adeò voluntariis, adeò

---

delevi cum Battie, edit. Baſ. & cod. H.

τοὺς ἑκουσίων καὶ μεγάλων ἀδικημάτων συγγνώμης τυχεῖν ἠξιώθησαν, ἡμᾶς δ᾽ ὑπὲρ ὧν ἠναγκάσθημεν, οὐδεμίαν ἔχειν οἴονται δεῖν, ἀλλὰ τολμῶσιν, ὄντες Θηβαῖοι, λακωνισμὸν ἑτέροις ὀνειδίζειν· οὓς πάντες ἴσμεν πλεῖστον χρόνον Λακεδαιμονίοις δεδουλευκότας, καὶ προθυμότερον ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρχῆς ἢ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πεπολεμηκότας. Ποίας γὰρ εἰσβολῆς ἀπελείφθησαν τῶν εἰς ταύτην τὴν χώραν γεγενημένων; ἢ τίνων οὐκ ἐχθίους ὑμῖν καὶ δυσμενέστεροι διετέλεσαν ὄντες; Οὐκ ἐν τῷ Δεκελικῷ πολέμῳ πλειόνων αἴτιοι κακῶν ἐγένοντο τῶν ἄλλων τῶν εἰσβαλόντων; οὐ, δυστυχησάντων ὑμῶν, μόνοι τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον, ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον, ὥσπερ τὸ Κρισαῖον πεδίον; ὥστ᾽ εἰ Λακεδαιμόνιοι τὴν αὐτὴν ἔσχον γνώμην Θηβαίοις, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ὑμᾶς τοὺς ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν αἰτίους τῆς σωτηρίας γενομένους, αὐτοὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. Καίτοι τίνα τηλικαύτην εὐεργεσίαν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, ἥτις ἱκανὴ γενήσεται διαλῦσαι τὴν ἔχθραν τὴν ἐκ τούτων δικαίως ἂν ὑπάρξασαν πρὸς αὐτούς;

[l. 10 & 11.] Ἢ τίνων . . . . ὄντες; ad verbum inter-

non ignorare nostram civitatem sæpè pœnituisse judiciorum quæ per iracundiam potiùs quàm re perpensâ facta fuerunt; adeò ut paulò post & punire cupierit calumniantes, & calumniis oppressos secundioribus quàm antè rebus uti exoptârit.

Quæ recordantes non oportet vos verbis accusatorum temerè credere; neque cum tumultu & sævitiâ reorum defensiones audire. Neque enim decet ut qui aliis in rebus clementiæ nomine & lenitatis præ Græcis omnibus prædicamini, in forensibus judiciis non dubitetis ea facere quæ illi sint opinioni contraria: &, quum alibi moris sit, in causis capitalibus, calculorum partem reis condonari, apud vos, eos qui in periculum adducuntur deteriore etiam esse conditione quàm calumniatores: & quum quotannis juretis vos eâdem æquitate audituros & reos & accusatores, tàm longè ab æquabilitate illâ recedere, ut quidquid delatores crimini dederint approbetis; eorum verò qui istos redarguere conantur, ne vocem quidem toleretis: & quum non putetis habitandum esse in iis

---

verò intervallum facere, i. e., ut interpretati sumus, tantùm verò ab æquabilitate illâ discedere.

[l. 24.] Νομίζειν refer ad αἰσχρὸν quod præcessit.

τῶν πόλεων ἐν αἷς ἄκριτοί τινες ἀπόλλυνται τῶν πολιτῶν, ἀγνοεῖν δ' ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν οἱ μὴ κοινὴν τὴν εὔνοιαν τοῖς ἀγωνιζομένοις παρέχοντες. Ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὅταν τις αὐτὸς μὲν κινδυνεύων ἀξιοῖ κατηγορεῖν τῶν διαβαλλόντων, ἑτέρῳ δὲ δικάζων, μὴ τὴν αὐτὴν ἔχῃ γνώμην περὶ αὐτῶν. Καίτοι χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας, τοιούτους εἶναι κριτὰς τοῖς ἄλλοις, οἵωνπερ ἂν αὐτοὶ τυχεῖν ἀξιώσαιεν· λογιζομένους ὅτι, διὰ τοὺς συκοφαντεῖν τολμῶντας, ἄδηλον ὅστις εἰς κίνδυνον καταστὰς, ἀναγκασθήσεται λέγειν ἅπερ ἐγὼ νῦν πρὸς τοὺς μέλλοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον διοίσειν.

Οὐ γὰρ δὴ τοῦ γε κοσμίως ζῆν, ἄξιον πιστεύειν ὡς ἀδεῶς ἐξέσται τὴν πόλιν οἰκεῖν. Οἱ γὰρ προῃρημένοι τῶν μὲν ἰδίων ἀμελεῖν, τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν, οὐ τῶν μὲν σωφρόνως πολιτευομένων ἀπέχονται, τοὺς δὲ κακόν τι δρῶντας εἰς ὑμᾶς ἄγουσιν· ἀλλ' ἐν τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν ἐπιδειξάμενοι τὰς αὑτῶν δυνάμεις, παρὰ τῶν φανερῶς ἐξημαρτηκότων πλεῖον λαμβάνουσιν ἀργύριον.

Ἅπερ Λυσίμαχος διανοηθεὶς, εἰς τοῦτον τὸν κίνδυνόν με κατέστησεν, ἡγούμενος τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς ἐμὲ παρ' ἑτέρων αὐτῷ χρηματισμὸν,

[l. 12.] Περὶ αὐτοῦ, intellige vel περὶ τούτου τοῦ

urbibus in quibus aliqui civium indictâ causâ pereuntur, iſtud ipſum ignoretis ab iis fieri qui utrisque contendentibus parem benevolentiam non exhibent. Jam illud omnium iniquiſſimum eſt, ſi quis ipſe in judicium adductus fuerit, eum in calumniatores ſibi invehendum eſſe cenſere; quum verò alteri jus dicit, in eâdem ſententiâ non permanere. Atenim oportet eos qui ſapiunt tales aliis eſſe judices, quales ſibi alios eſſe vellent: id reputantes in tantâ calumniatorum audaciâ incertum eſſe quis in periculum adductus, eadem quæ ego nunc apud eos dicere coactus fuerit qui de ipſo ſuffragia ſunt laturi.

Nam quòd benè & moderatè quis vixerit, non idcircò confidat veniam ſibi futuram ſecurè in urbe habitandi. Quibus enim & ſua negligere, & alienis inſidiari, deliberatum eſt, non illi quidem modeſtis parcunt civibus, facinoroſos autem ad vos adducunt: ſed in iis qui nihil deliquere vires experti ſuas, ab iis quorum ſcelera palàm ſunt plus pecuniarum extorquent.

Quo etiam animo Lyſimachus mihi hoc periculum creavit, quum exiſtimaret iſtud contrà me judicium ſibi viam futuram pecuniæ ab aliis exi-

---

πράγματος, vel περὶ ἐμαυτοῦ.

[l. 24.] Χρηματισμὸν adde vel ſubaudi γινησόμενον.

καὶ προσδοκῶν ἐάν μου περιγένηται τοῖς λόγοις, ὅν φησι διδάσκαλον εἶναι τῶν ἄλλων, ἀνυπόστατον τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἅπασιν εἶναι δόξειν. Ἐλπίζει δὲ τοῦτο ῥᾳδίως ποιήσειν· ὁρᾷ γὰρ ὑμᾶς μὲν λίαν ταχέως ἀποδεχομένους τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολάς, ἐμὲ δ' ὑπὲρ αὑτῶν οὐ δυνησόμενον ἀξίως τῆς δόξης ἀπολογήσασθαι, καὶ διὰ τὸ γῆρας, καὶ διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν τοιούτων ἀγώνων.

Οὕτω γὰρ βεβίωκα τὸν παρελθόντα χρόνον, ὥστε μηδένα μοι πώποτε, μηδ' ἐν ὀλιγαρχίᾳ, μηδ' ἐν δημοκρατίᾳ, μήτε ὕβριν μήτε ἀδικίαν ἐγκαλέσαι, μηδ' εἶναι μήτε δικαστὴν, μήτε διαιτητὴν, ὅστις περὶ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων φανήσεται κριτὴς γεγενημένος. Ἠπιστάμην γὰρ, αὐτὸς μὲν εἰς τοὺς ἄλλους μηδὲν ἐξαμαρτάνειν, ἀδικούμενος δὲ, μὴ μετὰ δικαστηρίου ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας, ἀλλ' ἐν τοῖς φίλοις τοῖς ἐκείνων διαλύεσθαι περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων. Ὧν οὐδέν μοι πλέον γέγονεν· ἀλλ' ἀνεγκλήτως μέχρι ταυτησὶ τῆς ἡλικίας βεβιωκὼς, εἰς τὸν αὐτὸν καθέστηκα κίνδυνον, εἰς ὅνπερ ἂν, εἰ πάντας ἐτύγχανον ἠδικηκώς. Οὐ μὴν παντάπασί γε ἀθυμῶ διὰ

[l: 12 & 13.] Μήτε διαιτητήν. Διαιτηταὶ in foro attico erant judicum quædam species datorum à civitate qui de rebus nonnullis cognoscerent. Per διαιτητὰς intel-

gendæ; haberetque persuasum, si me vicisset eloquentiâ quem aliorum præceptorem esse ait, neminem fore qui vim ipsius sustineri posse considerat. Idque se facilè confecturum sperat: quippè videt & vos nimis festinanter criminationes atque calumnias approbare; & me non posse easdem refutare pro existimationis meæ dignitate, cùm ob senectutem, tùm ob ejusmodi certaminum imperitiam.

Ità enim præteritum vitæ tempus egi, ut nemo unquam vel in oligarchiâ vel in democratiâ, me ullius vel contumeliæ vel injuriæ accusârit; tùm neque judex, neque arbiter fuerit, qui de factis à me quidquam pronuntiârit. Id agebam scilicet ut ne quid ipse delinquerem in alios; mihi verò si qua facta esset injuria, ut non de ulciscendâ hâc judicio contenderem, sed eorum ipsorum qui me læserant amicis dirimendas permitterem controversias. Quorum nihil mihi profuit; at quum vitam ad hanc usque ætatem sine ullius querelâ produxerim, in eodem periculo versor ac si omnes offendissem. Non tamen prorsùs abjeci animum ob

---

ligebatur etiam aliquis electus à privatis arbiter qui per compromissum rem controversam judicaret.

[l. 18.] Ὧν, sub. ἕνεκα.

[l. 21.] Εἰς ὅνπερ ἂν, sub. καθεστήκαιμι.

τὸ μέγεθος τοῦ τιμήματος, ἀλλ' ἐάνπερ ἐθελήσητε μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι, πολλὰς ἐλπίδας ἔχω τοὺς μὲν διεψευσμένους περὶ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ῥέποντας ἐπὶ τὸ πείθεσθαι τοῖς ἀνεπιτήδειόν τι λέγουσι περὶ ἡμῶν, ταχέως μεταπεισθήσεσθαι· τοὺς δὲ τοιοῦτον εἶναί με νομίζοντας οἷόσπερ εἰμὶ βεβαιότερον ἔτι ταύτην ἕξειν τὴν διάνοιαν.

Ἵνα δὲ μὴ λίαν ἐνοχλῶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγων, ἀφέμενος τούτων, περὶ ὧν οἴσετε τὴν ψῆφον ἤδη πειράσομαι διδάσκειν ὑμᾶς. Καί μοι τὴν γραφὴν ἀνάγνωθι.

ΓΡΑΦΗ.

Ἐκ μὲν τοίνυν τῆς γραφῆς πειρᾶταί με διαβάλλειν ὁ κατήγορος, ὡς διαφθείρω τοὺς νεωτέρους, λέγειν διδάσκων, καὶ παρὰ τὸ δίκαιον ἐν τοῖς ἀγῶσι πλεονεκτεῖν. Ἐκ δὲ τῶν ἄλλων λόγων ποιεῖ με τηλικοῦτον ὅσος οὐδεὶς πώποτε γέγονεν, οὔτε τῶν περὶ τὰ δικαστήρια καλινδουμένων, οὔτε τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριψάντων. Οὐ γὰρ ἰδιώτας μόνον φησί μοι γενέσθαι μαθητάς, ἀλλὰ καὶ ῥήτορας καὶ στρατηγοὺς καὶ βα-

[l. 7.] Βεβαιότερον adverbialiter, firmiùs.
[l. 17 & 18.] Ἐκ τῶν ἄλλων λόγων, ex aliis verbis,

mulctæ magnitudinem; sed si cum benevolentiâ me audire volueritis, magnam spem habeo fore ut & ii qui de meæ vitæ ratione falsò existimant, & eò inclinant ut assentiantur iis qui de me dicunt quod parùm commodum sit, quamprimùm de eâ opinione deducantur; & ii qui me qualis sum talem etiam esse putant, in eâ sententiâ confirmentur.

Ne verò vobis molestiæ sim dùm multa antè rem dico, his omissis, ea vos jam docere conabor de quibus suffragia feretis. Proindè libellum accusatorium mihi recita.

Recitatur libellus accusatorius.

In libello igitur accusatorio mihi odium conatur conciliare adversarius, quòd corrumpam adolescentes præceptis eloquentiæ, quibus instructi contrà jus & æquum victoriam in judiciis adipiscantur. In oratione autem suâ tantum me effingit, quantus nemo fuit unquam, neque causidicus inter judicum subsellia versatus, neque in otio vir litteris deditus. Nec enim privatos duntaxat homines mihi fuisse discipulos ait; sed & oratores, & exercituum

---

i. e. ex verbis orationis quæ non continentur in libello accusatorio.

[l. 19 & 20.] Vulg. κυλινδουμένων, prætuli καλινδουμένων cum Ald. Med. & codd. H, I.

σιλέας καὶ τυράννους, καὶ χρήματα παρ' αὐτῶν παμπληθῆ τὰ μὲν εἰληφέναι, τὰ δὲ ἔτι καὶ νῦν λαμβάνειν. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον πεποίηται τὴν κατηγορίαν, ἡγούμενος, ἐκ μὲν ὧν καταλαζονεύεται περὶ ἐμοῦ, καὶ τοῦ πλούτου, καὶ τοῦ πλήθους τῶν μαθητῶν, φθόνον ἅπασι τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιήσειν· ἐκ δὲ τῆς περὶ τὰ δικαστήρια πραγματείας, εἰς ὀργὴν καὶ μῖσος ὑμᾶς καταστήσειν· ἅπερ ὅταν πάθωσιν οἱ κρίνοντες, χαλεπώτεροι τοῖς ἀγωνιζομένοις εἰσίν.

Ὡς οὖν τὰ μὲν μείζω τοῦ προσήκοντος εἴρηκε, τὰ δ' ὅλως ψευδῆ, ῥᾳδίως οἶμαι φανερὸν ὑμῖν ποιήσειν. Ἀξιῶ δ' ὑμᾶς, τοῖς μὲν λόγοις οὓς πρότερον ἀκηκόατε περὶ ἐμοῦ, τῶν βλασφημεῖν καὶ διαβάλλειν βουλομένων, μὴ προσέχειν τὸν νοῦν, μηδὲ πιστεύειν τοῖς μήτε μετ' ἐλέγχου, μήτε μετὰ κρίσεως εἰρημένοις, μήτε ταῖς δόξαις χρῆσθαι ταῖς ἀδίκως ὑπ' ἐκείνων ὑμῖν γεγενημέναις, ἀλλ' ὁποῖός τις ἂν ἐκ τῆς κατηγορίας τῆς νῦν καὶ τῆς ἀπολογίας φαίνωμαι, τοιοῦτον εἶναί με νομίζειν. Οὕτω γὰρ γινώσκοντες, αὐτοί τε δόξετε καλῶς κρίνειν καὶ νομίμως, ἐγώ τε τεύξομαι πάντων τῶν δικαίων.

Ὅτι μὲν οὖν οὐδεὶς, οὐθ' ὑπὸ τῆς δεινότητος τῆς ἐμῆς, οὐθ' ὑπὸ τῶν συγγραμμάτων, βέβλαπται τῶν πολιτῶν, τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον ἡγοῦ-

duces, & reges & tyrannos, à quibus magnam pecuniæ vim partìm acceperim, partìm etiam nunc accipiam. Hoc autem modo accusationem ideò instituit, quòd existimaret ista de me ac de meis opibus & multitudine discipulorum jactitando, se mihi apud omnes auditores invidiam conflaturum; de judiciorum autem tractatione meâ loquendo, vestram iracundiam & odium contrà me concitaturum; quibus affectibus judices perturbati, alterutri litigantium iniquiores fiunt.

Eum porrò quædam immodicè exaggerasse, quædam prorsùs ementitum esse, facilè me planum facturum confido. Vos autem obtestor ne verbis maledicorum & calumniatorum quæ de me priùs audivistis, auscultetis; neve ea credatis quæ sine ullâ probatione, sine judicio, dicta fuerint; neque falsis opinionibus ducamini, quas isti vobis impresserunt: sed qualis esse ex hâc accusatione & defensione visus fuero, ità de me statuatis. Sic enim decernentes, & ipsi rectè ac secundùm leges judicabitis, & ego jus omne meum adipiscar.

Neminem igitur civium nec eloquentiâ nec scriptis meis læsum esse, concertatio hæc maximo

καί μοι μέγιστον εἶναι τεκμήριον. Εἰ γάρ τις ἦν ἠδικημένος, εἰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν εἶχεν, οὐκ ἂν ἠμέλησε τοῦ παρόντος καιροῦ, ἀλλ᾽ ἦλθεν ἂν ἤτοι κατηγορήσων ἢ καταψευδομαρτυρήσων. Ὅπου γὰρ ὁ ἀκηκοὼς μηδὲν πώποτε φλαῦρον, εἰς ἀγῶνά με τηλικοῦτον κατέστησεν, ἦπου σφόδρ᾽ ἂν οἱ κακῶς πεπονθότες ἐπειρῶντ᾽ ἂν δίκην παρ᾽ ἐμοῦ λαμβάνειν. Οὐ γὰρ δή που τοῦτό ἐστιν οὔτ᾽ εἰκὸς οὔτε δυνατὸν, ἐμὲ μὲν περὶ πολλοὺς ἡμαρτηκέναι, τοὺς δὲ ταῖς συμφοραῖς δι᾽ ἐμὲ περιπεπτωκότας, ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ μὴ τολμᾶν ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ πρᾳοτέρους ἐν τοῖς ἐμοῖς εἶναι κινδύνοις τῶν μηδὲν ἠδικημένων, ἐξὸν αὐτοῖς δηλώσασιν ἃ πεπόνθασι, τὴν μεγίστην παρ᾽ ἐμοῦ λαβεῖν τιμωρίαν. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν, οὐδείς μοι φανήσεται τοιοῦτον οὐδὲν ἐγκαλέσας. Ὥστ᾽ εἰ συγχωρήσαιμι τῷ κατηγόρῳ καὶ προσομολογήσαιμι, πάντων ἀνθρώπων εἶναι δεινότατος, καὶ συγγραφεὺς τῶν λόγων τῶν λυπούντων ὑμᾶς τοιοῦτος οἷος οὐδεὶς ἄλλος γέγονε, πολὺ ἂν μᾶλλον δικαιότερον ἐπιεικὴς εἶναι δοκοίην ἢ ζημιωθείην. Τοῦ μὲν γὰρ γενέσθαι προέχοντα τῶν ἄλλων περὶ τοὺς λόγους ἢ περὶ τὰς πράξεις, εἰκότως ἄν τις τὴν τύχην αἰτιάσαιτο. Τοῦ δὲ καλῶς καὶ μετρίως κεχρῆσθαι τῇ φύσει, δικαίως ἂν πάντες τὸν τρόπον τὸν ἐμὸν ἐπαινέσειαν.

mihi argumento est. Nam si quem offendissem, is, etsi tempore superiori quievisset, hâc certè occasione arreptâ, veniret huc aut me accusaturus, aut falsum in me testimonium dicturus. Quum enim iste quem nullo unquam verbo læsi, in tantum me periculum adduxerit, quantò magis ii quibus malefecissem, à me pœnas expetere conarentur. Nam illud quidem neque consentaneum est, nec omninò fieri potest, ut multos ego offenderim; illi verò qui in calamitates per me conjecti sunt, quiescant, nec accusare ausint, & in periculis meis majore ergà me mansuetudine utantur quàm ii quos nullâ affeci injuriâ, quum ipsis liceret conquestione damnorum acceptorum maximam à me ultionem sumere. Verùm neque priùs, neque nunc, qui tale aliquid mihi objecerit quisquam reperietur. Quare si accusatori concederem, & ultrò largirer, me omnium hominum esse eloquentissimum, & orationum quæ nobis molestæ essent, talem scriptorem qualis nemo alius extitisset, multò potiùs modestiæ laudem quàm pœnam merear. Nam excellere aliis vel eloquentiâ vel rebus gerendis, fortunæ meritò tribuetur: at ingenio benè & moderatè esse usum, virtutis meæ propria laus fuerit.

[l. 24.] Αἰτιάσαιτο. Αἰτιᾶσθαι τίνα τινὸς, aliquandò, ut jam observavimus, in bonam partem accipitur, & significat, aliquid alicui attribuere.

Οὐ μὴν οὐδ' εἰ ταῦτ' ἔχω περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν, οὐδ' οὕτω φανήσομαι περὶ τοὺς λόγους τοὺς τοιούτους γεγενημένος. Γνώσεσθε δ' ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν ἐμῶν, ἐξ ὧνπερ οἷόν τ' ἐστὶν εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν πολὺ μᾶλλον ἢ παρὰ τῶν διαβαλλόντων. Οἶμαι γὰρ οὐδένα τοῦτ' ἀγνοεῖν ὅτι πάντες ἄνθρωποι περὶ τὸν τόπον τοῦτον εἰώθασι διατρίβειν, ὅθεν ἂν προέλωνται τὸν βίον ποιεῖσθαι. Τοὺς μὲν τοίνυν ἀπὸ τῶν συμβολαίων τῶν ὑμετέρων ζῶντας καὶ τῆς περὶ ταῦτα πραγματείας, ἴδοι τις ἂν μόνον οὐκ ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἰκοῦντας. Ἐμὲ δ' οὐδεὶς πώποθ' ἑώρακεν, οὔτ' ἐν τοῖς συνεδρίοις, οὔτε περὶ τὰς κρίσεις, οὔτ' ἐπὶ τοῖς δικαστηρίοις, οὔτε πρὸς τοῖς διαιτηταῖς· ἀλλ' οὕτως ἀπέχομαι τούτων ἁπάντων, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν πολιτῶν. Ἔπειτ', ἐκείνους μὲν ἂν εὕροιτε παρ' ὑμῖν μόνοις χρηματίζεσθαι δυναμένους, εἰ δ' ἄλλοσέ που ἐπιπλεύσειαν, ἐνδεεῖς ὄντας τῶν καθ' ἡμέραν, ἐμοὶ δὲ τὰς εὐπορίας περὶ ὧν οὗτος εἴρηκε, μειζόνως ἔξωθεν ἁπάσας γεγενημένας· ἔτι δὲ τούτοις μὲν πλησιάζοντας, ἢ τοὺς ἐν κακοῖς αὐτοὺς ὄντας, ἢ τοὺς ἑτέροις πράγματα παρέχειν βουλομένους, ἐμοὶ δὲ τοὺς πλείστην σχολὴν ἄγοντας τῶν Ἑλλήνων. Ἠκούσατε δὲ καὶ τοῦ κατηγόρου λέγοντος ὅτι παρὰ Νικοκλέους, τοῦ τῶν Σαλαμινίων βασιλέως,

Etsi

Etsi autem hæc de meipso possum dicere, tamen ne sic quidem istas orationes mihi studio fuisse apparebit. Idque ex quotidianæ vitæ meæ consuetudine potissimùm cognoscetis; per quam multò facilius est scire veritatem quàm per verba calumniatorum. Arbitror enim hoc ignorare neminem, omnes homines in eo loco versari solere, undè victum parare decreverunt. Qui igitur è vestris contractibus, atque ex occupationibus indè natis, victitant, eos videre est in foro tantùm non habitare. Me verò nullus unquam nec in conciliabulis, nec in judiciis, nec in prætoriis, nec apud arbitros, vidit; sed hæc omnia ità fugio ut nemo alius civium. Deindè illos quidem reperiatis apud vos solos rem posse facere; & si quò aliò navigârint, rebus ad victum quotidianum necessariis indigere: mihi autem divitias illas de quibus iste dixit, ab externis potissimùm contigisse: præterea istis se adjungere illos qui vel ipsi sunt in malis, vel aliis negotium facessere volunt, mihi verò Græcorum omnium otiosissimos. Audivistis etiam dicere accusatorem, me à Nicocle, Salaminiorum

---

[l. 14 & 15.] Διαιτηταῖς. Vide suprà p. 88, notam ad διαιτηταί.

[l. 22.] Αὐτοὺς. Codex X & Aldus habent αὐτοῖς, evidenter malè.

πολλὰς ἔλαβον καὶ μεγάλας δωρεάς. Καὶ τοῦτο τίνι πιστὸν ὑμῶν ἐστι, ὡς Νικοκλῆς ἐδωκέ μοι ταύτας ἵνα δίκας μανθάνῃ λέγειν, ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, ὥσπερ δεσπότης, ἐδίκαζεν; ὥστ᾽ ἐξ ὧν αὐτὸς εἴρηκεν οὕτω ῥᾴδιον καταμαθεῖν, ὅτι πόρρω τῶν πραγμάτων εἰμὶ, τῶν περὶ τὰ συμβόλαια γιγνομένων. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνό γε πᾶσι φανερὸν, ὅτι παμπληθεῖς εἰσὶν οἱ παρασκευάζοντες τοὺς λόγους τοῖς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιζομένοις· τούτων μὲν τοίνυν τοσούτων ὄντων οὐδεὶς πώποτε φανήσεται μαθητῶν ἠξιωμένος, ἐγὼ δὲ πλείους εἰληφὼς, ὥς φησιν ὁ κατήγορος, ἢ σύμπαντες οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες. Καίτοι πῶς εἰκὸς τοὺς οὕτω τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἀλλήλων ἀφεστῶτας καὶ διαφέροντας, περὶ τὰς αὐτὰς πράξεις ἡγεῖσθαι διατρίβειν;

Ἔχων δὲ πολλὰς εἰπεῖν διαφορὰς περὶ τοῦ βίου τοῦ ἐμοῦ, καὶ τῶν περὶ τὰ δικαστήρια διατριβόντων, ἐκείνως ὑμᾶς ἡγοῦμαι τάχιστ᾽ ἂν ἀφεῖσθαι τῆς δόξης ταύτης, εἴ τις ὑμῖν ἐπιδείξειε μὴ τούτων τῶν πραγμάτων μαθητάς μου γεγενημένους ὧν ὁ κατήγορος εἴρηκε, μηδὲ περὶ τοὺς λόγους ὄντα με δεινὸν τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς, ἐξελεγχομένης τῆς αἰτίας ἧς εἶχον πρότερον, ζητεῖν ἑτέραν μεταλα-

rege, multa & magna munera accepisse. Et quis vestrûm est qui credat illa mihi idcircò dedisse Nicoclem, ut causas agere disceret, qui controversias aliorum, tanquam dominus, disceptabat? Ex ipsius igitur adversarii verbis facilè intelligitur, me à rebus illis alienissimum esse quæ ad forensia negotia pertinent. Jam illud quoque notum est omnibus, plurimos esse qui litigantibus orationes conscribant. Quorum neminem, quum tanta turba sit, dignum esse habitum constat, cujus fidei discipuli mandarentur; dùm ego, ut accusator ait, plures habui, quàm alii omnes qui studendæ eloquentiæ se dedunt. Atenim quî verisimile est eos quorum studia à se invicem tàm longè distant & discrepant, circà eadem occupari?

Quum autem multa alia habeam dicenda quibus planum fiat vitam meam ab eorum vitâ multùm differre qui in judiciis versantur, eo modo citissimè vos ab istâ opinione deduci posse censeo, si quis ostenderit, nullos earum rerum discipulos mihi fuisse de quibus accusator dixit, neque me forensium orationum egregium esse artificem. Arbitror enim vos, refutato crimine quod in me conjectum fuit, alteram opinionem libenter as-

[l. 22.] Pro μῦ malim μοὶ cum Battie.

βεῖν διάνοιαν, καὶ ποθεῖν ἀκοῦσαι περὶ ποίους ἄλλους λόγους γεγυμνασμένος, τηλικαύτην δόξαν ἔλαβον. Εἰ μὲν οὖν μοι συνοίσει κατειπόντι τὴν ἀλήθειαν, οὐκ οἶδα· χαλεπὸν γὰρ στοχάζεσθαι τῆς ὑμετέρας διανοίας· οὐ μὴν ἀλλὰ παρρησιάσασθαί γε πρὸς ὑμᾶς οἶμαι δεῖν. Καὶ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην τοὺς πλησιάσαντας, εἰ πολλάκις εἰρηκὼς ὅτι δεξαίμην ἂν ἅπαντας εἰδέναι τοὺς πολίτας, καὶ τὸν βίον ὃν ζῶ, καὶ τοὺς λόγους οὓς λέγω, νῦν μὴ δηλοίην αὐτοῖς, ἀλλ' ἀποκρυπτόμενος φανείην. Ὡς οὖν ἀκουσόμενοι τὴν ἀλήθειαν, οὕτω προσέχετε τὸν νοῦν.

Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς ὅτι τρόποι τῶν λόγων εἰσὶν οὐκ ἐλάττους ἢ τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων. Οἱ μὲν γὰρ τὰ γένη τῶν ἡμιθέων ἀναζητοῦντες τὸν βίον τὸν αὑτῶν κατέτριψαν, οἱ δὲ περὶ τοὺς ποιητὰς ἐφιλοσόφησαν, ἕτεροι δὲ τὰς πράξεις τὰς ἐν τοῖς πολέμοις συναγαγεῖν ἐβουλήθησαν· ἄλλοι δέ τινες περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποκρίσεις γεγόνασιν, οὓς ἀντιλογικοὺς καλοῦσιν. Εἴη δ' ἂν οὐ μικρὸν ἔργον εἰ πάσας τὰς ἰδέας τῶν λόγων ἐξαριθμεῖν ἐπιχειροίην. Ἧς δ' οὖν ἐμοὶ προσήκει ταύτης μνησθεὶς, ἐάσω τὰς ἄλλας. Εἰσὶ γάρ τινες οἳ τῶν μὲν προειρημένων οὐκ ἀπείρως ἔχουσι, γράφειν δὲ προῄρηνται λόγους, οὐ περὶ τῶν ἰδίων

ſumpturos, & cupidè audituros circà quales alias orationes occupatus tantam mihi gloriam comparaverim. Ac veritatem quidem dicere an mihi profuturum ſit ignoro; difficile eſt enim veſtram mentem conjecturâ aſſequi: ſed tamen apud vos nihil puto diſſimulandum. Nam amicorum me & diſcipulorum puderet, ſi, quum ſæpè dixerim me optare ut ſcirent cives omnes & vitam quam ago & orationes quas dico, nunc rem non declarârim, ſed viſus fuerim occultare. Tanquam igitur veritatem audituri, ſic animadvertite.

Illud itaque primùm intelligendum eſt, genera orationum non eſſe pauciora quàm poematum metro confectorum. Nam alii familiis deorum inquirendis ætatem contriverunt; alii de poetis aliquid meditati ſunt; alii res bello geſtas colligere voluerunt; alii in reſponſionibus & interrogationibus ſunt verſati, quos *antilogicos* appellant. Verùm immenſi operis fuerit omnes orationum ſpecies enumerare; ejus igitur quæ meî intereſt mentione factâ, ceteras omittam. Sunt enim qui nec eorum quæ modò diximus ſint imperiti, eas autem orationes ſcribendas ſuſceperint quæ non de privatis

[l. 8.] Vel *δεξαίμην* muta in *εὔξαίμην*, vel hoc ſenſu accipe: poteſt etiam ſubaudiri *ἐπὶ πολλῷ*.

βεῖν διάνοιαν, καὶ ποθεῖν ἀκοῦσαι περὶ ποίους ἄλλους λόγους γεγενημένος, τηλικαύτην δόξαν ἔλαβον. Εἰ μὲν οὖν μοι συνοίσει κατείποντι τὴν ἀλήθειαν, οὐκ οἶδα· χαλεπὸν γὰρ στοχάζεσθαι τῆς ὑμετέρας διανοίας· οὐ μὴν ἀλλὰ παῤῥησιάσασθαί γε πρὸς ὑμᾶς οἶμαι δεῖν. Καὶ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην τοὺς πλησιάσαντας, εἰ πολλάκις εἰρηκὼς ὅτι δεξαίμην ἂν ἅπαντας εἰδέναι τοὺς πολίτας, καὶ τὸν βίον ὃν ζῶ, καὶ τοὺς λόγους οὓς λέγω, νῦν μὴ δηλοίην αὐτοῖς, ἀλλ' ἀποκρυπτόμενος φανείην. Ὡς οὖν ἀκουσόμενοι τὴν ἀλήθειαν, οὕτω προσέχετε τὸν νοῦν.

Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς ὅτι τρόποι τῶν λόγων εἰσὶν οὐκ ἐλάττους ἢ τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων. Οἱ μὲν γὰρ τὰ γένη τῶν ἡμιθέων ἀναζητοῦντες τὸν βίον τὸν αὑτῶν κατέτριψαν, οἱ δὲ περὶ τοὺς ποιητὰς ἐφιλοσόφησαν, ἕτεροι δὲ τὰς πράξεις τὰς ἐν τοῖς πολέμοις συναγαγεῖν ἐβουλήθησαν· ἄλλοι δέ τινες περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποκρίσεις γεγόνασιν, οὓς ἀντιλογικοὺς καλοῦσιν. Εἴη δ' ἂν οὐ μικρὸν ἔργον εἰ πάσας τὰς ἰδέας τῶν λόγων ἐξαριθμεῖν ἐπιχειροίην. Ἧς δ' οὖν ἐμοὶ προσήκει ταύτης μνησθεὶς, ἐάσω τὰς ἄλλας. Εἰσὶ γάρ τινες οἳ τῶν μὲν προειρημένων οὐκ ἀπείρως ἔχουσι, γράφειν δὲ προῄρηνται λόγους, οὐ περὶ τῶν ἰδίων

ſumpturos, & cupidè audituros circà quales alias orationes occupatus tantam mihi gloriam comparaverim. Ac veritatem quidem dicere an mihi profuturum ſit ignoro; difficile eſt enim veſtram mentem conjecturâ aſſequi: ſed tamen apud vos nihil puto diſſimulandum. Nam amicorum me & diſcipulorum puderet, ſi, quum ſæpè dixerim me optare ut ſcirent cives omnes & vitam quam ago & orationes quas dico, nunc rem non declarârim, ſed viſus fuerim occultare. Tanquam igitur veritatem audituri, ſic animadvertite.

Illud itaque primùm intelligendum eſt, genera orationum non eſſe pauciora quàm poematum metro confectorum. Nam alii familiis deorum inquirendis ætatem contriverunt; alii de poetis aliquid meditati ſunt; alii res bello geſtas colligere voluerunt; alii in reſponſionibus & interrogationibus ſunt verſati, quos *antilogicos* appellant. Verùm immenſi operis fuerit omnes orationum ſpecies enumerare; ejus igitur quæ meî intereſt mentione factâ, ceteras omittam. Sunt enim qui nec eorum quæ modò diximus ſint imperiti, eas autem orationes ſcribendas ſuſceperint quæ non de privatis

---

[l. 8.] Vel *δεξαίμην* muta in *εὐξαίμην*, vel hoc ſenſu accipe: poteſt etiam ſubaudiri ἐπὶ πολλῷ.

συμβολαίων, ἀλλ' Ἑλληνικοὺς, καὶ πολιτικοὺς, καὶ πανηγυρικοὺς, οὓς ἅπαντες ἂν φήσειαν ὁμοιοτέρους εἶναι τοῖς μετὰ μουσικῆς καὶ ῥυθμῶν πεποιημένοις ἢ τοῖς ἐν δικαστηρίῳ λεγομένοις. Καὶ γὰρ τῇ λέξει ποιητικωτέρᾳ καὶ ποικιλωτέρᾳ τὰς πράξεις δηλοῦσι, καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ὀγκωδεστέροις καὶ καινοτέροις χρῆσθαι ζητοῦσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἰδέαις ἐπιφανεστέραις καὶ πλείοσιν ὅλον τὸν λόγον διοικοῦσιν. Ὧν ἅπαντες μὲν ἀκούοντες χαίρουσιν οὐδὲν ἧττον ἢ τῶν ἐν τοῖς μέτροις πεποιημένων· πολλοὶ δὲ καὶ μαθηταὶ γενέσθαι βούλονται, νομίζοντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας πολὺ σοφωτέρους, καὶ βελτίους, καὶ μᾶλλον ὠφελεῖν δυναμένους εἶναι, τῶν τὰς δίκας εὖ λεγόντων. Συνίσασι γὰρ τοὺς μὲν διὰ φιλοπραγμοσύνην ἐμπείρους τῶν ἀγώνων γεγενημένους, τοὺς δ' ἐκ φιλοσοφίας ἐκείνων τῶν λόγων ὧν ἀρτίως προεῖπον τὴν δύναμιν εἰληφότας· καὶ τοὺς μὲν δικανικοὺς δοκοῦντας εἶναι, ταύτην τὴν ἡμέραν μόνον ἀνεκτοὺς ὄντας ἐν ᾗ ἂν ἀγωνιζόμενοι τυγχάνωσι, τοὺς δ' ἐν ἁπάσαις ὁμιλίαις καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐντίμους ὄντας, καὶ δόξης ἐπιεικοῦς τυγχάνοντας. Ἔτι δὲ τοὺς μὲν, ἢν

[l. 14.] Εὖ λεγόντων, vulg. εὐλεγούντων. Battie dat etiam εὖ λεγόντων. Med. habet εὐλογούντων.

[Ibid & seq.] Vulg. τοῖς μὲν . . . . ἐμπείροις γεγενη-

negotiis agunt, ſed de ſtatu Græciæ & rerumpublicarum, & quæ in maximis celebritatibus recitentur. Quas nemo eſt quin carminibus quæ muſicâ ratione ac certis numeris conſtant, quàm forenſi dictioni, ſimiliores eſſe fateatur. Nam & ſermone magis poetico magiſque novo res enuntiant, & ſententiis grandioribus magiſque novis utuntur, atque etiam aliis figuris illuſtrioribus & pluribus totam adornant elocutionem. Quibus quidem, omnes qui eas audiunt non minùs delectantur quàm ipſis poematibus. Ac multi exiſtunt qui eas cupiant diſcere; exiſtimantes eos qui in hoc genere præſtant, multò ſapientiores & meliores eſſe, ac plus prodeſſe poſſe, quàm vel eos qui cauſis agendis excellunt. Sciunt enim hos, propter negotiorum cupiditatem, litium peritos eſſe factos; illos ex earum orationum, quas modò dicebam, ſtudio eam facultatem adeptos: & eos qui lites perdidicerunt, eo die duntaxat poſſe tolerari quo cauſas agunt; illos in omnibus congreſſibus & omni tempore honoratos eſſe & famam bonam conſequi: præterea hos, ſi ſemel atque iterùm in judiciis

---

μένοις. Haud ignoro συνίςασι conſtrui poſſe & vulgò conſtrui cum dativo; ſed quum cetera quæ ad hoc referuntur hîc ſint in accuſativo, hæc etiam in eodem caſu legenda eſſe arbitratus ſum.

ὀφθῶσι δὶς ἢ τρὶς ἐπὶ τῶν δικαστηρίων, μισουμένους καὶ διαβαλλομένους, τοὺς δ' ὅσῳπερ ἂν πλείοσι καὶ πλεονάκις συγγίγνωνται, τοσούτῳ μᾶλλον θαυμαζομένους· πρὸς δὲ τούτοις, τοὺς μὲν περὶ τὰς δίκας δεινούς, πόρρω τῶν λόγων ἐκείνων ὄντας, τοὺς δ', εἰ βουληθεῖεν, ταχέως ἂν λέγειν καὶ τούτους δυνηθέντας. Ταῦτα λογιζόμενοι, καὶ πολὺ κρείττω νομίζοντες εἶναι ταύτην τὴν αἵρεσιν, βούλονται μετασχεῖν τῆς παιδείας ταύτης. Ἧς οὐδ' ἂν ἐγὼ φανείην ἀπολελειμμένος, ἀλλὰ πολλῷ χαριεστέραν δόξαν εἰληφώς.

Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐμῆς, εἴτε βούλεσθε καλεῖν δυνάμεως, εἴτε φιλοσοφίας, εἴτε διατριβῆς, ἀκηκόατε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Βούλομαι δὲ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ νόμον θεῖναι χαλεπώτερον ἢ περὶ τῶν ἄλλων, καὶ λόγον εἰπεῖν θρασύτερον, ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν ἡλικίαν. Ἀξιῶ γὰρ οὐ μόνον εἰ βλαβεροῖς χρῶμαι τοῖς λόγοις, μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν παρ' ὑμῶν· ἀλλ' εἰ μὴ τοιούτοις οἷς οὐδεὶς ἄλλος, τὴν μεγίστην ὑποσχεῖν τιμωρίαν. Ἀλλ' οὐχ οὕτω γ' ἂν τολμηρὰν ἐποιησάμην τὴν ὑπόσχεσιν, εἰ μὴ καὶ δείξειν ἔμελλον ὑμῖν καὶ ῥᾳδίαν ποιήσειν τὴν διάγνωσιν αὐτῶν.

Ἔχει γὰρ οὕτως· ἐγὼ καλλίστην ἡγοῦμαι καὶ

[l. 8.] Ταύτην, hanc ego vocem addidi ut evidenter

conſpiciantur, in odium & reprehenſionem incurrere; illos, quò ſæpiùs & cum pluribus congreſſi fuerint, eò majorem habere exiſtimationem: ad hæc, eos qui in cauſis forenſibus ſolertes ſunt, ab illâ orationum excellentiâ longè remotos eſſe; illos, ſi vellent, forenſes etiam orationes facilè habituros. Hæc illi reputantes, & hoc ſtudiorum genus multò præſtantius rati, hujus diſciplinæ participes fieri exoptant. Quâ ne ipſe quidem caruiſſe videar, ſed ampliorem ex eâ gratiam & celebritatem accepiſſe.

De meâ igitur, quocumque nomine uti velitis, ſeu facultate, ſeu philoſophiâ, ſeu exercitatione, veritatem omnem audiviſtis. De meipſo autem legem feram ſeveriorem quàm de aliis, & aliquid audacius quàm pro ætate meâ dicam. Peto enim non modò ſi noxiis orationibus dem operam, nullam à vobis veniam ut impetrem; ſed niſi in talibus elaboro, in qualibus nemo alius, ut maxima ſubeam ſupplicia. Neque verò tàm confidenter hæc jactarem, niſi vobis demonſtraturus eſſem quæ loquor, & effecturus ut facilis ſit de his dijudicatio.

Sic enim ſe res habet. Ego pulcherrimam &

---

neceſſariam ad ſenſum.

[l. 19.] Pro ὅις Battie dat οἵοις quod malim.

διημαρτηκέναι ἐκ τῆς ἐμαυτῶν ἀπολογίας, τοὺς εἰδέναι περὶ τῆς διατριβῆς, ὡς δυνατὸν μάλιστα, περὶ ἧς τὴν ψῆφον οἴσειν, καὶ μὴ πεισθῆναι τῇ ἀγνοίᾳ, μηδ' ἀκριβοῦσι τοὺς πλήθει λέγοντας. Εἰ μὲν τοίνυν ἠγωνιζόμην ὡς περὶ πράξεις ἰδίας ἢ ἀλλοτρίας, οὐκ ἂν οἷός τ' ἦν ὑμῖν ἰδεῖν αὐτὰς παρασχεῖν· ἀλλ' ἀναγκάζοιμ' ἂν ἔργῳ εἰκάζοντας ὑμᾶς ἐκ τῶν εἰρημένων διαγιγνώσκειν ὅπως ἔσχε περὶ τῶν πεπραγμένων. Ἐπειδὴ δὲ περὶ τοὺς λόγους ἔχω τὴν αἰτίαν, οἶμαι μᾶλλον ὑμῖν ἐμφανιεῖν τὴν ἀλήθειαν. Αὐτοὺς γὰρ ὑμῖν δείξω τοὺς εἰρημένους ὑπ' ἐμοῦ καὶ γεγραμμένους, ὥστ' οὐ δόξαντες, ἀλλ' ὁσιοί τε εἰσι σαφῶς εἰδότες, τὴν ψῆφον οἴσετε περὶ αὐτῶν. Ἅπαντας μὲν οὖν διὰ τέλους εἰπεῖν οὐκ ἂν δυναίμην (ὁ γὰρ χρόνος ὁ δεδομένος ἡμῖν ὀλίγος ἐστίν)· ὥσπερ δὲ τῶν καρπῶν, ἐξενεγκεῖν ἑκάστου δεῖγμα πειράσομαι. Μικρὸν γὰρ μέρος ἀκούσαντες, ῥᾳδίως τοὐμὸν ἦθος γνωριεῖτε, καὶ τῶν λόγων ἁπάντων τὴν δύναμιν μαθήσεσθε. Δέομαι δὲ τῶν πολλάκις ἀνεγνωκότων τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι, μὴ ζητεῖν ἐν τῷ παρόντι παρ' ἐμοῦ καινοὺς λόγους, μηδ' ὀχληρόν με νομίζειν, ὅτι λέγω τοὺς πάλαι παρ' ὑμῖν διατεθρυλλημένους. Εἰ μὲν γὰρ ἐπίδειξιν ποιούμενος ἔλεγον αὐτούς, εἰκότως ἂν εἶχον τὴν αἰτίαν ταύτην· νῦν δὲ κρινόμενος καὶ

justissimam defensionem eam esse duco, quæ efficit ut quàm maximè fieri potest ea judices cognoscant de quibus suffragia sunt laturi, nec errent opinione nec dubitent utri vera dicant. Quòd si mihi lis intenderetur tanquam qui in aliquibus actionibus peccassem, non possem eas vobis conspiciendas præbere; sed necesse esset ut conjecturâ utentes ex iis quæ dicta essent de rebus gestis utcumque decernere. Quum autem propter orationes crimen sustineam, puto me vobis veritatem dilucidiùs expositurum. Ipsas enim vobis ostendam, tùm dictas à me, tùm scriptas; ut non opinantes, at qualesnam sint hæ certò scientes, de iis sententiam feratis. Ac omnes quidem integras recitare non possum: quippè tempus nobis datum exiguum est: sed veluti frugum, sic cujusque specimen quoddam proferre conabor. Parvâ enim parte auditâ, facilè & mores meos, & orationum omnium vim perdiscetis. Rogo autem, si qui ea quæ jam sunt recitanda, sæpè legerunt, ne à me in præsentiâ novum aliquid requirant, neque me molestum idcircò existiment, quòd eas proferam quibus vestræ aures jam olim personuerunt. Nam si eas ostentationis causâ recitarem, jure hoc nomine reprehenderer:

[l. 11.] Ἐμφανιεῖν, Aldus habet ἐμφανεῖν.

δικαιοτάτην εἶναι τὴν τοιαύτην ἀπολογίαν, ἥτις εἰδέναι ποιεῖ τοὺς δικάζοντας, ὡς δυνατὸν μάλιστα, περὶ ὧν τὴν ψῆφον οἴσουσι, καὶ μὴ πλανᾶσθαι τῇ διανοίᾳ, μηδ᾽ ἀμφιγνοεῖν τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. Εἰ μὲν τοίνυν ἠγωνιζόμην ὡς περὶ πράξεις τινὰς ἡμαρτηκὼς, οὐκ ἂν οἷός τ᾽ ἦν ὑμῖν ἰδεῖν αὐτὰς παρασχεῖν· ἀλλ᾽ ἀναγκαίως ἂν εἶχεν εἰκάζοντας ὑμᾶς ἐκ τῶν εἰρημένων διαγινώσκειν ὅπως ἔτυχε περὶ τῶν πεπραγμένων. Ἐπειδὴ δὲ περὶ τοὺς λόγους ἔχω τὴν αἰτίαν, οἶμαι μᾶλλον ὑμῖν ἐμφανιεῖν τὴν ἀλήθειαν. Αὐτοὺς γὰρ ὑμῖν δείξω τοὺς εἰρημένους ὑπ᾽ ἐμοῦ καὶ γεγραμμένους, ὥστ᾽ οὐ δόξαντες, ἀλλ᾽ ὁποῖοί τινές εἰσι σαφῶς εἰδότες, τὴν ψῆφον οἴσετε περὶ αὐτῶν. Ἅπαντας μὲν οὖν διὰ τέλους εἰπεῖν οὐκ ἂν δυναίμην (ὁ γὰρ χρόνος ὁ δεδομένος ἡμῖν ὀλίγος ἐστίν)· ὥσπερ δὲ τῶν καρπῶν, ἐξενεγκεῖν ἑκάστου δεῖγμα πειράσομαι. Μικρὸν γὰρ μέρος ἀκούσαντες, ῥᾳδίως τοὐμὸν ἦθος γνωριεῖτε, καὶ τῶν λόγων ἁπάντων τὴν δύναμιν μαθήσεσθε. Δέομαι δὲ τῶν πολλάκις ἀνεγνωκότων τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι, μὴ ζητεῖν ἐν τῷ παρόντι παρ᾽ ἐμοῦ καινοὺς λόγους, μηδ᾽ ὀχληρόν με νομίζειν, ὅτι λέγω τοὺς πάλαι παρ᾽ ὑμῖν διατεθρυλλημένους. Εἰ μὲν γὰρ ἐπίδειξιν ποιούμενος ἔλεγον αὐτοὺς, εἰκότως ἂν εἶχον τὴν αἰτίαν ταύτην· νῦν δὲ κρινόμενος καὶ

justissimam defensionem eam esse duco, quæ efficit ut quàm maximè fieri potest ea judices cognoscant de quibus suffragia sunt laturi, nec errent opinione nec dubitent utri vera dicant. Quòd si mihi lis intenderetur tanquam qui in aliquibus actionibus peccassem, non possem eas vobis conspiciendas præbere; sed necesse esset ut conjecturâ utentes ex iis quæ dicta essent de rebus gestis utcumque decernere. Quum autem propter orationes crimen sustineam, puto me vobis veritatem dilucidiùs expositurum. Ipsas enim vobis ostendam, tùm dictas à me, tùm scriptas; ut non opinantes, at qualesnam sint hæ certò scientes, de iis sententiam feratis. Ac omnes quidem integras recitare non possum: quippè tempus nobis datum exiguum est: sed veluti frugum, sic cujusque specimen quoddam proferre conabor. Parvâ enim parte auditâ, facilè & mores meos, & orationum omnium vim perdiscetis. Rogo autem, si qui ea quæ jam sunt recitanda, sæpè legerunt, ne à me in præsentiâ novum aliquid requirant, neque me molestum idcircò existiment, quòd eas proferam quibus vestræ aures jam olim personuerunt. Nam si eas ostentationis causâ recitarem, jure hoc nomine reprehenderer:

[l. 11.] Ἐμφανιεῖν, Aldus habet ἐμφανεῖν.

κινδύνων, ἀναγκάζομαι χρῆσθαι τοῦτον τὸν τρόπον αὐτοῖς. Καὶ γὰρ ἁπάντων ἂν εἴην καταγελαστότατος, εἰ, τοῦ κατηγόρου διαβάλλοντος ὅτι τοιούτους γράφω λόγους, οἳ καὶ τὴν πόλιν βλάπτουσι καὶ τοὺς νεωτέρους διαφθείρουσι, δι' ἑτέρων ποιοίμην τὴν ἀπολογίαν, ἐξὸν αὐτοὺς δείξαντι τοὺς λόγους, διαλῦσαι τὴν διαβολὴν τὴν λεγομένην περὶ ἡμῶν. Ὑμᾶς μὲν οὖν ἀξιῶ μοι διὰ ταῦτα συγγνώμην ἔχειν, καὶ συναγωνιστὰς γίγνεσθαι. Τοὺς δὲ λόγους ἤδη παραφαίνειν ἐπιχειρήσω, μικρόν τι προειπὼν, ἵνα ῥᾷον ἐπακολουθῆτε τοῖς λεγομένοις.

Ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ μέλλων πρῶτος ὑμῖν ἐπιδειχθήσεσθαι, κατ' ἐκείνους ἐγράφη τοὺς χρόνους ὅτε Λακεδαιμόνιοι μὲν ἦρχον τῶν Ἑλλήνων, ἡμεῖς δὲ ταπεινῶς ἐπράττομεν. Ἔστι δὲ τοὺς μὲν Ἕλληνας παρακαλῶν ἐπὶ τὴν κατὰ Βαρβάρων στρατείαν, Λακεδαιμονίοις δὲ περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητῶν. Τοιαύτην δὲ τὴν ὑπόθεσιν ποιησάμενος, ἀποφαίνω τὴν πόλιν ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθῶν αἰτίαν γεγενημένην. Ἀφορισάμενος δὲ τὸν λόγον τὸν περὶ τῶν τοιούτων εὐεργεσιῶν, καὶ βουλόμενος τὴν ἡγεμονίαν ἔτι σαφέστερον ἀποφαίνειν ὡς ἔστι τῆς πόλεως, ἐντεῦθέν ποθεν ἐπιχειρῶ

[l. 21.] Ἀφορισάμενος, poſtquam ſegregaverim,

nunc in judicium & diſcrimen vocatus, ad hunc modum iis uti cogor. Omnium enim eſſem abſurdiſſimus, ſi, quum accuſator criminatus ſit me eas orationes ſcribere quæ & reipublicæ noceant, & adoleſcentes corrumpant, alio modo me defenderem, quum, ipſis orationibus prolatis, liceat omnem calumniam refutare. Peto igitur ut propter hæc veniam mihi detis, & ſitis adjutores. Ipſas autem orationes recitare aggrediar, paulum quiddam præfatus, ut ea quæ dicantur faciliùs aſſequamini. . . . .

. . . .

Quæ prima vobis oſtendetur, iis ſcripta eſt temporibus, quum Lacedæmonii Græcis imperarent, & opes noſtræ eſſent tenues. Hortatur hæc Græcos ad expeditionem contrà Barbaros ſuſcipiendam, & cum Lacedæmoniis de principatu contendit. Suſcepto autem hoc argumento, quidquid Græcia bonorum habeat, id noſtræ civitati acceptum eſſe referendum oſtendo. Finitâ verò de illis beneficiis diſputatione, quùm vellem demonſtrare adhuc evidentiùs principatum noſtræ civitatis eſſe, de his audientes docere

---

i. e. poſtquam concluſerim, finierim.

[l. 24.] Ἐνθένδε ποθὲν, hinc alicundè, per hæc verba declarat Iſocrates & indigitat à quo incepturus ſit recitare ex oratione panegyricâ.

διδάσκειν περὶ τούτων, ὡς τῇ πόλει μεμνῆσθαι προσήκει πολὺ μᾶλλον τῶν περὶ τὸν πόλεμον κινδύνων ἢ τῶν ἄλλων εὐεργεσιῶν. Ὤιμην μὲν οὖν αὐτὸς δυνήσεσθαι διελθεῖν περὶ αὐτῶν, νῦν δέ μοι τὸ γῆρας ἐμποδίζει καὶ ποιεῖ προαπαγορεύειν. Ἵν' οὖν μὴ παντάπασιν ἐκλυθῶ, πολλῶν ἔτι μοι λεκτέων ὄντων, δεξάμενος ἀπὸ τῆς παραγραφῆς, ἀνάγνωθι τὰ περὶ τῆς ἡγεμονίας αὐτῆς.

ἘΚ ΤΟΥ͂ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΥ͂.

* Ἡγοῦμαι δὲ . . . .
. . . .
. . . . ἀναγκασθείημεν.

Περὶ μὲν οὖν τῆς ἡγεμονίας, ὡς δικαίως ἂν εἴη τῆς πόλεως, ῥᾴδιον ἐκ τῶν εἰρημένων καταμαθεῖν. Ἐνθυμήθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς εἰ δοκῶ τοῖς λόγοις διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ μὴ προτρέπειν ἐπ' ἀρετὴν καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως κινδύνους· ἢ δικαίως ἂν δοῦναι δίκην ὑπὲρ τῶν εἰρημένων, ἀλλ' οὐκ ἂν χάριν κομίσασθαι παρ' ὑμῶν τὴν μεγίστην, ὃς οὕτως ἐγκεκωμίακα καὶ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς προγόνους, καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γεγενημέ-

---

[l. 7.] Λεκτέων, vulg. λεκτέον.
[l. 7 & 8.] Παραγραφὴ est, nota apposita.
* Editio Stephani, quam appello vulgatam, citat lo-

conor, ſic nempè exorſus; rempublicam noſtram multò plus ob res bello geſtas, quàm ob cetera merita eſſe honorandam. Equidem putavi meipſum hæc recitaturum; ſed me ſenectus impedit, & ab hoc tali incœpto me jubet deſiſtere. Ne igitur prorsùs deficiam, quum mihi multa dicenda reſtent, facto à notâ initio, ea tu, ſcriba, recita quæ de ipſo principatu ſcripta ſunt.

Ex oratione Panegyrica.

Arbitror autem . . . .
. . . .
. . . . cogeremur.

Ac principatum quidem meritò noſtræ eſſe civitatis, ex iis quæ recitata ſunt facilè cognoſcitur. Cogitate igitur apud voſmetipſos num adoleſcentes orationibus corrumpere videar, an verò ad virtutem & ad ſubeunda pericula pro republicâ adhortari; num æquum ſit me ob hanc orationem pœnas dare, nec potiùs maximam à vobis recipere gratiam; qui iis laudibus tùm noſtram civitatem, tùm majores noſtros, tùm præclara illorum temporum

---

tum integrum ut legitur in hâc noſtrâ editione à pag. 194, l. 5, ἡγοῦμαι δὲ, uſque ad pag. 232, l. 6, ἀναγκασθείημεν. Hujus ego prima duntaxat & ultima verba citanda eſſe exiſtimavi. Notavi in ipsâ oratioue panegyricâ quæ hîc varietates occurrunt.

νους, ὥστε τούς τε πρότερον γράψαντας περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἅπαντας ἠφανικέναι τοὺς λόγους, αἰσχυνομένους ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αὐτοῖς· τούς τε νῦν δοκοῦντας εἶναι δεινοὺς, μὴ τολμᾷν ἔτι λέγειν περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ καταμέμφεσθαι τὴν δύναμιν τὴν σφετέραν αὐτῶν.

Ἀλλ' ὅμως τούτων οὕτως ἐχόντων, φανήσονταί τινες τῶν εὑρεῖν μὲν οὐδὲν, οὐδ' εἰπεῖν ἄξιον λόγου δυναμένων, ἐπιτιμᾷν δὲ καὶ βασκαίνειν τὰ τῶν ἄλλων μεμελετηκότων, οἳ χαριέντως μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα φήσουσι (τοῦτο γὰρ οὐ φθονήσουσι εἰπεῖν), πολὺ μέντοι χρησιμωτέρους εἶναι τῶν λόγων καὶ κρείττους, τοὺς ἐπιπλήττοντας τοῖς νῦν ἁμαρτανομένοις, ἢ τοὺς τὰ πεπραγμένα πρότερον ἐπαινοῦντας, καὶ τοὺς περὶ ὧν δεῖ πράττειν συμβουλεύοντας, ἢ τοὺς τὰ παλαιὰ τῶν ἔργων διεξιόντας.

Ἵν' οὖν μηδὲ ταῦτ' ἔχωσιν εἰπεῖν, ἀφέμενος τοῦ βοηθεῖν τοῖς εἰρημένοις, πειράσομαι μέρος ἕτερον λόγου τοσοῦτον, ὅσονπερ ἄρτι, διελθεῖν ὑμῖν· ἐν ᾧ φανήσομαι περὶ τούτων ἁπάντων πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ λεγόμενα, περὶ τῆς εἰρήνης τῆς πρὸς Χίους, καὶ Ῥοδίους, καὶ Βυζαντίους. Ἐπιδείξας δ' ὡς συμφέ-

[l. 12 & 13.] Τῶν λόγων refer non ad χρησιμωτέ-

certamina

certamina ornârim, ut & ii omnes qui priùs de eodem ſcripſerant argumento, quum à ſe ſcriptorum ipſos puderet, orationes ſuas aboleverint; & qui etiam nunc inter eloquentes habentur, hiſce de rebus, diffiſi ingeniis ſuis, nihil jam dicere audeant.

Quæ quamvis ità ſint, reperientur aliqui ex iſtis qui, dùm ipſi nihil poſſunt excogitare aut dicere quod audire ſit operæ pretium, huic rei ſtuduerunt ut ab aliis dicta cavillentur & exagitent: qui eleganter quidem hæc ſcripta eſſe fateantur (hoc enim mihi non invidebunt); verùm eas orationes dictitent eſſe longè utiliores, quæ ea quæ nunc pravè geruntur reprehendant, quàm quæ res olim geſtas laudent; & eas quæ quid agendum ſuadeant, quàm quæ vetera facinora commemorent.

Ut igitur neque hæc poſſint objicere, omiſsâ defenſione ſuperiorum, tantam vobis alterius orationis partem recitare conabor, quanta modò recitata eſt: ex quâ me harum rerum omnium maximam curam habuiſſe conſtabit. Agitur autem in hujus orationis principio de pace faciendâ cum Chiis, Rhodiis & Byzantiis. Poſtquam verò oſten-

ρυς neque ad κρείττυς, ſed ad τύς. Τῶν λόγων τὺς, i. e. τὺς λόγυς τύς.

[l. 24.] Oratio de pace addit ϰ̀ Κώυς.

ρει διαλύσασθαι τῇ πόλει τὸν πόλεμον, κατηγορῶν τῆς δυναστείας τῆς ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν, ἀποφαίνων αὐτὴν οὐδὲν διαφέρουσαν, οὔτε ταῖς πράξεσιν, οὔτε τοῖς πάθεσι, τῶν μοναρχιῶν. Ἀναμιμνήσκω δὲ καὶ τὰ συμβάντα δι' αὐτὴν τῇ πόλει, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι. Διαλεχθεὶς δὲ περὶ τούτων, καὶ τὰς τῆς Ἑλλάδος συμφορὰς ὀδυράμενος, καὶ τῇ πόλει παραινέσας ὡς χρὴ μὴ περιορᾶν αὐτὴν οὕτω πράττουσαν, ἐπὶ τελευτῆς ἐπί τε τὴν δικαιοσύνην παρακαλῶ, καὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττω, καὶ περὶ τῶν μελλόντων συμβουλεύω. Λαβὼν οὖν ἀρχὴν ταύτην ὅθεν διαλέγομαι περὶ αὐτῶν, ἀνάγνωθι καὶ τοῦτο τὸ μέρος αὐτῆς.

ἘΚ ΤΟΥ͂ ΕἸΡΗΝΙΚΟΥ͂.

* Ἡγοῦμαι δὲ . . . .

. . . .

. . . . ἐπιχειροίην.

Τίς οὖν ἀπαλλαγὴ γενήσεται τῆς ταραχῆς

[l. 8 & 9.] Aldus habet ὀδυνάμενοι, Codd. H, I, & Med. ὀδυνώμενος.

[l. 10.] Αὐτὴν, nempè τὴν Ἑλλάδα.

* Editio Stephani, ut suprà, totum hunc locum citat ut legitur in hâc nostrâ editione à pag. 186, l. 5, ἡγοῦμαι

di è republicâ esse ut bellum deponatur, incuso dominatum in Græcos usurpatum, & damno maris imperium, ostendoque nihil differre à tyranniâ, sive actiones sive clades spectemus quæ indè oriuntur. Commemoro etiam quid ex eodem civitati nostræ, quid Lacedæmoniis, quid aliis omnibus, contigerit. Postquam de his disserui, & deploravi Græciæ calamitates, & cives admonui ut tantis malis remedium aliquod invenire studeant, in fine ipsos ad colendam justitiam adhortor, & errata vitupero, & de futuris do consilium. Orsus igitur indè ubi his de rebus incipio eloqui, hanc etiam partem recita.

Ex Oratione de Pace.

Sic autem censeo . . . .
. . . .
. . . . aggrederer.

Peroratio orationis de pace.

« Quâ ratione igitur hoc tumultu liberabimur,

δὲ, usque ad pag. 208, l. 4, ἐπιχειροίην. Hujus ego, ut feci jam, prima duntaxat & ultima verba citavi. Notavi etiam in ipsâ oratione de pace quæ hîc variæ lectiones occurrunt.

[l. 19.] Post ἐπιχειροίην Isocrates, multis in medio relictis, transit ad perorationem orationis de pace, cujus perorationis initium hîc profero, quia plura ex industriâ mutavit orator.

ταύτης; καὶ πῶς ἂν ἐπανορθωσαίμεν τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ βελτίω ποιήσαιμεν; πρῶτον μὲν, ἢν παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν εἶναι νομίζοντες τοὺς συκοφάντας, ὀλιγαρχικοὺς δὲ, τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν· γνόντες ὅτι φύσει μὲν οὐδεὶς οὐδέτερον τούτων ἐστὶν, ἐν ᾗ δ᾽ ἂν ἕκαστοι τιμῶνται, ταύτην βούλονται καθεστάναι τὴν πολιτείαν. Ἢν οὖν ἀσκῆτε καὶ προσδέχησθε τοὺς χρηστοὺς ἀντὶ τῶν πονηρῶν, ὥσπερ τὸ παλαιὸν, βέλτιον ἕξετε χρῆσθαι καὶ τοῖς δημαγωγοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πολιτευομένοις.

Δεύτερον δ᾽, ἢν ἐπιχειρῆτε τὰς συμμαχίας κτᾶσθαι, μὴ πολέμοις, μηδὲ πολιορκίαις, ἀλλ᾽ εὐεργεσίαις. Προσήκει γὰρ τὰς μὲν φιλίας ἐκ τούτων γίγνεσθαι, τὰς δὲ ἔχθρας, ἐξ ὧν νῦν τυγχάνομεν πράττοντες.

Τρίτον, ἢν μηδὲν περὶ πλείονος ποιήσησθε, μετά γε τὴν περὶ τοὺς Θεοὺς εὐσέβειαν, τοῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν. Τοῖς γὰρ οὕτω διακειμένοις ἑκόντες καὶ τὰς δυναστείας καὶ τὰς ἡγεμονίας παραδιδόασιν.

* Ἢν οὖν ἐμμείνητε . . . .
. . . .
. . . . γίνεσθαι.

Δυοῖν μὲν τοίνυν λόγοιν ἀκηκόατε· βούλομαι δὲ καὶ τοῦ τρίτου μικρὰ διελθεῖν, ἵν᾽ ὑμῖν μᾶλλον

« & quo pacto civitatis res emendaverimus, &
« meliores fecerimus? Primùm, si desierimus ca-
« lumniatores, populares existimare, honestosque
« viros, oligarchicos: id nimirùm scientes alter-
« utrum horum neminem esse naturâ, sed eam
« quemque reipublicæ formam expetere maximè,
« in quâ maximè honoratur. Quòd si coletis &
« amplectemini bonos præ malis, sicut olim fac-
« tum fuit, melioribus poteritis uti & populi duc-
« toribus & aliis reipublicæ administris.

« Secundo loco, si vobis adjungere societates
« institueritis, non bellis neque obsidionibus, sed
« beneficiis. Ex his enim amicitias oriri consenta-
« neum est; ex iis autem quæ nunc agimùs, ini-
« micitias.

« Tertium denique, si præter pietatem in Deos,
« nihil pluris feceritis quàm apud Græcos benè
« audire: nam quos illi sic animatos viderint, his
« ultrò & imperia & seipsos tradunt ».

Quòd si igitur permanseritis . . . .
. . . . fieri.

Duarum igitur orationum quasdam partes audivistis: volo autem & è tertiâ pauca recitare, ut

[l. 10.] Pro βέλτιον forsan leg. βελτίοσι.

* Ad perorationis reliquias vide hanc nostram editionem à pag. 260, l. 10, ἦν οὖν, usque ad finem orationis.

ἔτι γένηται καταφανὲς ὅτι πάντες οἱ λόγοι πρὸς ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην συντείνουσιν. Ἔστι δ' ὁ μέλλων ῥηθήσεσθαι, Νικοκλεῖ τῷ Κυπρίῳ τῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον βασιλεύοντι συμβουλεύων, ὡς δεῖ τῶν πολιτῶν ἄρχειν. Οὐχ ὁμοίως δὲ γέγραπται τοῖς ἀνεγνωσμένοις. Οὗτοι μὲν γὰρ τὸ λεγόμενον, ὁμολογούμενον ἀεὶ τοῖς προειρημένοις καὶ συγκεκλιμένον ἔχουσιν· ἐν δὲ τούτῳ, τοὐναντίον. Διαλύσας γὰρ ἀπὸ τοῦ προτέρου καὶ χωρίσας, ὥσπερ τὰ καλούμενα κεφάλαια ποιήσας, πειρῶμαι διὰ βραχέων ἕκαστον ὧν συμβουλεύω φράζειν. Τούτου δ' ἕνεκα ταύτην ἐποιησάμην τὴν ὑπόθεσιν, ἡγούμενος ἐκ τοῦ παραινεῖν, τήν τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστ' ἂν ὠφελήσειν, καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τάχιστα δηλώσειν. Διὰ τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην πρόφασιν καὶ νῦν αὐτὸν ὑμῖν δεῖξαι προειλόμην· οὐχ ὡς ἄριστα τῶν λοιπῶν λόγων γεγραμμένον, ἀλλ' ὡς ἐκ τούτου μάλιστα φανερὸς γενησόμενος, ὃν τρόπον εἴθισμαι τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς δυνάσταις πλησιάζειν. Φανήσομαι γὰρ πρὸς αὐτὸν ἐλευθέρως, καὶ τῆς πόλεως ἀξίως, διειλεγμένος, καὶ οὐ τὸν ἐκείνου πλοῦτον,

---

[l. 8.] Συγκεκλιμένον, junge cum τοῖς προειρημένοις: inclinatum in prædicta, & cum iis arctè cohærens.

vobis magis etiam adhuc manifeſtum ſit, omnes meas orationes ad virtutem & juſtitiam referri. Monet autem hæc quæ jam legetur oratio, Nicoclem Cyprium, qui eo tempore regnabat, quomodo civibus ſit imperandum. Neque verò eadem ratione ſcripta eſt quâ illæ quæ jam lectæ ſunt. In illis enim quidquid dicitur, id cum ſuperioribus perpetuâ ſerie cohæret ac devinctum eſt; in hâc autem contrarium fit. Diſſolutas enim & diſtinctas à ſe invicem præceptiones, redegi in *capita*, quæ vocantur, ut omnia quæ ſuadeo paucis verbis enuntiarem. Id autem argumentum propterea ſuſcepi, quòd exiſtimabam monendo me & illius ingenio maximè profuturum, & mores meos optimè demonſtraturum. Eâdem de causâ vobis etiam nunc hanc orationem oſtendere conſtitui, non quòd inter ceteras ornatiſſimè ſcripta ſit, ſed quòd ex eâ apprimè cognoſci queat quo pacto & cum plebeis hominibus, & cum principibus viris, agere ſoleam. Apparebit enim me liberè & pro dignitate noſtræ civitatis cum eo diſſeruiſſe, nec divitiis ip-

---

[l. 10.] Poſt *χωρίσας* mihi videtur addendum *τὸ ἐχόμενον*. Ad verbum interpretor: & ſejungens ab eo quod præcedit id quod ſequitur. = Ibid. *Τὰ καλέμενα κεφάλαια*, capita quæ dicuntur, i. e. breves ſententias à ſe invicem disjunctas.

[l. 21.] *Αὐτὸν*, ſcilicet *τὸν Νικοκλέα*.

οὔτε τὴν δύναμιν θεραπεύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ἐπαμύνων, καὶ παρασκευάζων καθ' ὅσον ἠδυνάμην τὴν πολιτείαν αὐτὴν ὡς οἷόν τε πρᾳοτάτην. Ὅπου γὰρ βασιλεῖ διαλεγόμενος, ὑπὲρ τοῦ δήμου τοὺς λόγους ἐποιούμην, ἦπου τοῖς ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευομένοις σφόδρ' ἂν παρακελευσαίμην τὸ πλῆθος θεραπεύειν.

Ἐν μὲν οὖν τῷ προοιμίῳ καὶ τοῖς πρώτοις λεγομένοις, ἐπιτιμῶ ταῖς μοναρχίαις ὅτι δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, οἱ δὲ χεῖρον πεπαίδευνται τῶν ἰδιωτῶν. Διαλεχθεὶς δὲ περὶ τούτων, παραινῶ τῷ Νικοκλεῖ μὴ ῥᾳθυμεῖν, μηδ' ὥσπερ ἱερωσύνην εἰληφότα τὴν βασιλείαν, ἀμελῶς οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν· ἀλλὰ τῶν ἡδονῶν ἀμελήσαντα, προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν. Ἐπιχειρῶ δὲ καὶ τοῦτο πείθειν αὐτὸν, ὡς χρὴ δεινὸν νομίζειν, ὅταν ὁρᾷ τοὺς χείρους τῶν κρειττόνων ἄρχοντας, καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττοντας, λέγων, ὡς ὅσῳπερ ἂν ἐρρωμενέστερον τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἀτιμάσῃ, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν αὑτοῦ διάνοιαν ἀσκήσει.

Πολλῶν δ' ἐφεστώτων μοι λόγων, ἀπορῶ πῶς

[l. 9.] Ταῖς μοναρχίαις, i. e. τοῖς μονάρχαις, & ità aliqui vellent legi.

ſius nec potentiæ adulari, ſed & populi cauſam egiſſe, & ipſam regni adminiſtrationem, quantùm in me fuit, quàm leniſſimam conſtituiſſe. Porrò quum apud regem diſſerens populo ſim patrocinatus, quantò magis in populari ſtatu verſantes adhortarer ut multitudinem colerent?

Ac in exordio quidem, & primo veluti limine orationis, reprehendo principes qui, quum ingenium magis quàm alii deberent excolere, pejùs inſtituti ſint quàm homines privati. Eâ diſputatione abſolutâ, Nicoclem moneo ne ſocordiæ indulgeat, neve ità remiſſo animo ſit, quaſi regnum tanquam ſacerdotium ſuſcepiſſet; ſed ut, ſpretis voluptatibus, animum rebus gerendis intendat. Illud etiam ei perſuadere conor, ut rem abſurdiſſimam exiſtimet deteriores præeſſe præſtantioribus, & ſtultiores prudentioribus imperare; atque aſſero fore ut, quantò vehementiùs aliorum inſcitiam contempſerit, tantò diligentiùs ſuam ipſius mentem excolat.

Quum autem multa ſimul mihi in mentem ve-

[l. 10 & 11.] Οἵδε, nempè οἱ μονάρχαι.

[l. 20.] Ἄγνοιαν, ipſa oratio ad Nicoclem habet ἄνοιαν.

[l. 22.] Deſinit analyſis ad vocem ἀσκήσει; ſed videtur deeſſe aliquid, & imperfecta hærere. Deberet etiam ſcriba aliqua legere excerpta ex oratione ad Nicoclem.

αὐτοὺς διαθῶμαι. Δοκεῖ γάρ μοι καθ' αὐτὸ μὲν ἕκαστον ὧν διανοοῦμαι, ῥηθὲν, ἐπιεικὲς ἂν φανῆναι· πάντα δὲ νυνὶ λεγόμενα πολὺν ἂν ὄχλον ἐμοί τε καὶ τοῖς ἀκούουσι παρασχεῖν. Ὅπερ καὶ περὶ τῶν ἤδη προειρημένων δέδοικα μὴ τοιοῦτό τι πάθος αὐτοῖς διὰ τὸ πλῆθος τυγχάνῃ συμβεβηκός. Οὕτω γὰρ ἀπλήστως ἅπαντες ἔχομεν περὶ τοὺς λόγους, ὥστ' ἐπαινοῦμεν μὲν τὴν εὐκαιρίαν, καὶ φαμὲν οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον· ἐπειδὰν δ' οἰηθῶμεν ὡς ἔχομέν τι λέγειν, ἀμελήσαντες τοῦ μετριάζειν, κατὰ μικρὸν ἀεὶ προστιθέντες, εἰς τὰς ἐσχάτας ἀκαιρίας ἐμβαλλόμεθα ἡμᾶς αὐτούς. Ὅπου γε καὶ λέγων ἐγὼ ταῦτα καὶ γινώσκων, ὅμως ἔτι βούλομαι βραχέα διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς.

Ἀγανακτῶ γὰρ, ὁρῶν τὴν συκοφαντίαν ἄμεινον τῆς φιλοσοφίας φερομένην, καὶ τὴν μὲν κατηγοροῦσαν, τὴν δὲ κρινομένην. Ὅ τις ἂν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν γενέσθαι προσεδόκησεν, ἄλλως τε καὶ παρ' ἡμῖν τοῖς ἐπὶ σοφίᾳ μείζω τῶν ἄλλων φρονοῦσιν; Οὐκοῦν ἐπί γε τῶν προγόνων οὕτως εἶχεν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν καλουμένους σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν· τοὺς δὲ συκοφάντας

[l. 6.] Αὐτοῖς, nempè τοῖς προειρημένοις.

[l. 9.] Οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον, nihil esse tale, i. e. nihil esse tàm bonum, tàm pulchrum. Ità gallicè trito loquendi modo, il n'est rien de tel.

niant, nescio quid de eis statuere debeam. Namque arbitror singula quæ cogito, si dicta fuerint, æqua & commoda visa fore; at si nunc omnia proferantur, magnam mihi molestiam, magnumque auditoribus tædium, allatura. Atque adeò vereor ne prolixa etiam superiorum commemoratio fastidium pepererit. Omnes enim dicendi cupiditate tenemur tàm insatiabili, ut laudemus opportunitatem, nec quidquam dicamus esse præstabilius: quum verò aliquid videmur habere quod eloquamur, neglecto modo, prioribus semper aliquid adjiciendo paulatìm, in extremam demùm importunitatem incidamus. Siquidem & ego qui hæc dico ac sentio, pauca adhuc vobiscum differere velim.

Indignor enim quum video calumniam meliore esse conditione quàm sapientiam; & illam quidem accusare, hanc verò causam dicere. Quod quis veterum fuit qui futurum esse crederet, apud vos præsertìm qui ob sapientiam præ ceteris omnibus gloriamini? Apud majores certè non ità se res habuit: sed eos magnifaciebant qui sapientes dicebantur, eorumque discipulos beatos judicabant; calumniatores autem existimabant esse plurimorum

---

[l. 21.] Τὺς καλυμένυς σοφιςάς. Vide suprà quæ diximus de sophistis, pag. 2 & 3.

πλείστων κακῶν αἰτίους ἐνόμιζον εἶναι. Μέγιστον δὲ τεκμήριον· Σόλωνα μὲν γὰρ τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, προστάτην ἠξίωσαν τῆς πόλεως εἶναι· περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν χαλεπωτέρους ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργιῶν τοὺς νόμους ἔθεσαν. Τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἑνὶ τῶν δικαστηρίων τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο· κατὰ δὲ τούτων γραφὰς μὲν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ᾽ εἰς τὴν βουλὴν, προβολὰς δ᾽ ἐν τῷ δήμῳ, νομίζοντες τοὺς ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρωμένους ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς πονηρείας. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους, πειρᾶσθαί γε λανθάνειν κακουργοῦντας, τούτους δ᾽ ἐν ἅπασιν ἐπιδείκνυσθαι τὴν αὑτῶν ὠμότητα, καὶ μισανθρωπίαν, καὶ φιλαπεχθημοσύνην.

Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως ἐγίνωσκον περὶ αὐτῶν· ὑμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχετε τοῦ κολάζειν αὐτοὺς, ὥστε τούτοις χρῆσθαι κατηγόροις καὶ νομοθέταις περὶ τῶν ἄλλων. Καίτοι προσήκει αὐτοὺς νῦν μισεῖσθαι μᾶλλον ἢ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Τότε μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις μόνον, καὶ τοῖς κατὰ τὴν πόλιν, ἔβλαπτον τοὺς συμπολιτευομένους· νυνὶ δὲ αὐξηθείσης τῆς πόλεως, καὶ λαβούσης τὴν ἀρχὴν ἣν οἱ πατέρες ἡμῶν εἶχον, μᾶλλον θαῤῥήσαντες τοῦ

[l. 5 & 6.] Κακουργίων, i. e. κακουργῶν.

malorum autores. Cujus rei maximum illud eſt argumentum, quòd Solonem, qui primus civium ſapiens nominatus fuit, voluerint eſſe principem civitatis; in calumniatores autem graviores quàm in alios maleficos, leges tulerint. De ſummis enim injuriis judicari in uno è tribunalibus; hos verò & citari ad theſmothetas, & deferri ad ſenatum, & apud populum accuſari, voluerunt: exiſtimantes ſcilicet eos qui artem calumniandi profitentur, omnem improbitatem excedere. Nam alios id ſtudere ſaltem ut ſua maleficia tegant; iſtos ubique oſtentare ſuam crudelitatem & inhumanitatem, odiumque de induſtriâ quæritare.

Ac illi quidem ſic de eis ſtatuerunt; vos autem tantùm abeſt ut puniatis eos, ut & his contrà alios & accuſatoribus & legumlatoribus utamini. Atqui iſtos decebat nunc in odio majore eſſe quàm olim. Tunc enim in pervulgatis duntaxat & urbanis negotiis, nocebant civibus: nunc verò quid factum eſt? Nempè auctâ civitate, & principatum adeptâ, patres noſtri ob hunc ferociores facti quàm opor-

---

[l. 22.] Νυνὶ δὲ . . . . hîc orator non ſtatìm exponit quantò nunc audaciùs calumniatores ſe gerant quàm olim, ſed priùs enarrat quomodo huc audaciæ proceſſiſſent. In verſione meâ nonnulla addidi ut oratoris mens planior fieret.

[l. 24.] Μᾶλλον θαῤῥήσαντες, hæc & reliqua refer ad πατέρες ἡμῶν.

συμφέροντος, τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν, καὶ μεγάλην τὴν πόλιν ποιήσασι, διὰ τὰς δυναστείας ἐφθόνησαν, πονηρῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ μεστῶν θρασύτητος ἐπεθύμησαν· οἰηθέντες ταῖς μὲν τόλμαις καὶ ταῖς φιλαπεχθημοσύναις, ἱκανοὺς αὐτοὺς ἔσεσθαι διαφυλάττειν τὴν δημοκρατίαν, διὰ δὲ τὴν φαυλότητα τῶν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ὑπαρξάντων, οὐ μέγα φρονήσειν, οὐδ᾽ ἐπιθυμήσειν ἑτέρας πολιτείας. Ἐκ ταύτης δὴ τῆς μεταβολῆς, τί τῶν δεινῶν οὐ συνέπεσε τῇ πολιτείᾳ καὶ τῶν μεγίστων κακῶν, ὧν οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν φύσιν, καὶ λέγοντες καὶ πράττοντες διετέλεσαν; οἳ τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν, καὶ μάλιστα δυναμένους ποιῆσαί τι τὴν πόλιν ἀγαθὸν, ὀλιγαρχίαν ὀνειδίζοντες καὶ λακωνισμὸν, οὐ πρότερον ἐπαύσαντο πρὶν ἠνάγκασαν ὁμοίους γενέσθαι ταῖς αἰτίαις ταῖς λεγομέναις περὶ αὐτῶν. Τοὺς δὲ συμμάχους λυμαινόμενοι καὶ συκοφαντοῦντες, καὶ τοὺς βελτίστους ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐκβάλλοντες, οὕτω διέθεσαν, ὥσθ᾽ ἡμῶν μὲν ἀποστῆναι, τῆς δὲ Λακεδαιμονίων ἐρασθῆναι φιλίας καὶ συμμαχίας. Ἐξ ὧν εἰς πόλεμον καταστάντες, πολλοὺς ἐπείδομεν τῶν πολιτῶν, τοὺς μὲν τελευτήσαντας, τοὺς δ᾽ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενομένους, τοὺς δ᾽ εἰς ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων καταστάντας, ἔτι δὲ τὴν δημοκρατίαν δὶς καταλυθεῖσαν, καὶ τὰ τείχη τῆς

tuit, viris bonis ac præſtantibus, qui rempublicam amplificaverant, ob ipſorum potentiam inviderunt, & homines improbos audaciâque plenos adamârunt: opinati nimirùm eos, quòd & ſint audaces & nullas inimicitias reformident, popularem ſtatum poſſe tueri; & quum emerſerint ex infimo loco, non ſuperbos aut novarum rerum fore ſtudioſos. Ex inſolenti igitur iſtâ ratione, quid periculorum, quid maximorum malorum, reipublicæ non contigit, propter ea quæ iſtis ingeniis homines perpetuò & dixerunt & egerunt? qui laudatiſſimis civibus, & patriæ maximè profuturis, oligarchiæ & Laconum ſtudium non priùs deſtiterunt objicere, quàm eos perpuliſſent tandem ut tales verè fierent quales eſſe falsò arguebantur. Socios autem vexando & calumniando, & optimos quosque è ſuis poſſeſſionibus ejiciendo, ità affecerunt, ut à nobis alienati Lacedæmoniorum amicitiam & ſocietatem expetiverint. Quas ob res in bella conjecti, multos civium vidimus partìm interfectos, partìm captos ab hoſtibus, partìm ad extremam inopiam redactos; atque etiam ſtatum popularem

---

[l. 11.] Ὧν, ſub. ἕνεκα.

[l. 12 & 13.] Τὺς ἐνδοξοτάτυς τῶν πολιτῶν, videtur orator Alcibiadem innuere.

[l. 26.] Δὶς καταλυθεῖσαν, ſcil. ὑπὸ τῶν τετρακοσίων, καὶ ὑπὸ τῶν τριάκοντα.

πατρίδος κατασκαφέντα, τὸ δὲ μέγιστον, ὅλην τὴν πόλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσασαν, καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς πολεμίους οἰκήσαντας.

Ἀλλὰ γὰρ αἰσθάνομαι, καίπερ ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἔξω φερόμενος, τὸ μὲν ὕδωρ ἡμᾶς ἐπιλεῖπον, αὐτὸς δ' ἐμπεπτωκὼς εἰς λόγους ἡμερησίους καὶ κατηγορίας. Ὑπερβὰς οὖν τὸ πλῆθος τῶν συμφορῶν τῶν διὰ τούτους γεγενημένων, καὶ διωσάμενος τὸν ὄχλον τῶν ἐνόντων εἰπεῖν περὶ τῆς τούτων συκοφαντίας, μικρῶν ἔτι πάνυ μνησθεὶς, καταλύσω τὸν λόγον.

Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρῶ τοὺς κινδυνεύοντας, ἐπειδὰν περὶ τὴν τελευτὴν ὦσι τῆς ἀπολογίας, ἱκετεύοντας καὶ δεομένους, καὶ τοὺς παῖδας καὶ τοὺς φίλους ἀναβιβαζομένους· ἐγὼ δ' οὔτε πρέπειν οὐδὲν ἡγοῦμαι τῶν τοιούτων τοῖς τηλικούτοις· πρός τε τῷ ταῦτα γινώσκειν, αἰσχυνθείην ἂν εἰ δι' ἄλλο τι σῳζοίμην ἢ διὰ τοὺς λόγους τοὺς προειρημένους ὑπ' ἐμοῦ καὶ γεγραμμένους. Οἶδα γὰρ ἐμαυτὸν οὕτως ὁσίως καὶ δικαίως κεχρημένον αὐτοῖς, καὶ περὶ τὴν πόλιν, καὶ περὶ τοὺς προγόνους, καὶ μάλιστα περὶ τοὺς θεοὺς, ὥστ', εἴ τι μέλει τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων αὐτοῖς, οὐδὲ τῶν νῦν περὶ ἐμὲ γιγνομένων οὐδὲν αὐτοὺς οἴομαι λανθάνειν. Διόπερ οὐκ ὀρρωδῶ τὸ μέλλον μοι συμβήσεσθαι παρ' ὑμῶν, ἀλλὰ θαρρῶ, καὶ πολλὰς

bis

bis abrogatum, & patriæ mœnia diruta; &, quod maximum eſt, in periculum excidii urbem adductam, hoſtesque in arce noſtrâ habitantes.

Sed enim ſentio, quanquam efferor iracundiâ, nobis aquam deficere, ac me incidiſſe in eos ſermones quæ totum diem poſtularent, atque ad accuſationem eſſe delapſum. Præteritâ igitur multitudine calamitatum, quarum iſti autores fuere, & rejecto faſtidio eorum omnium quæ de iſtorum calumniis dici poſſent, pauca omninò adhuc adjiciam orationem concluſurus.

Alios quidem reos video, ubi jam defenſionis finem attigerunt, vos ſupplicare & obteſtari, & liberos ſuos atque amicos vobis exhibere. Ego verò neque decere quidquam iſtius generis hanc meam ætatem arbitror, & præterquam quòd ità ſentio, etiam erubeſcerem, ſi alia res ſaluti ac præſidio mihi foret quàm orationes à me conſcriptæ & modò recitatæ. Scio enim me ità ſanctè & juſtè locutum eſſe tùm de republicâ, tùm de majoribus noſtris, tùm maximè de diis immortalibus, ut, ſi qua illis rerum humanarum cura eſt, nihil eorum quæ mihi nunc accidunt eos ignorare putem. Quapropter non metuo quidquid de me ſtatueritis; ſed

---

[l. 5.] Τὸ ὕδωρ ἐπιλεῖπον. Tempus ſcilicet dimenſum fuit litigantibus per horologium aquæ nomine κλεψύδρα.

[l. 20 & 21.] Αὐτοῖς, nempè, τοῖς λόγοις.

ἐλπίδας ἔχω, τότε μοι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ἥξειν, ὅταν μέλλῃ συνοίσειν ἡμῖν· σημείῳ χρώμενος, ὅτι καὶ τὸν παρελθόντα χρόνον οὕτω τυγχάνω βεβιωκὼς μέχρι ταυτησὶ τῆς ἡμέρας, ὥσπερ προσήκει τοὺς εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς τῶν ἀνθρώπων. Ὡς οὖν ἐμοῦ ταύτην ἔχοντος τὴν γνώμην, καὶ νομίζοντος ὅ,τι ἂν ὑμῖν δόξῃ τοῦθ' ἕξειν μοι καλῶς καὶ συμφερόντως, ὅπως ἕκαστος ὑμῶν χαίρει καὶ βούλεται, τῷ τρόπῳ τούτῳ περαινέτω τὴν ψῆφον. *

[l. 2.] Vulg. ὑμῖν, dedi ἡμῖν quod habet etiam Cod. N & Med.

* Nota citari ab Harpocratione partem aliquam phraſeos tanquam excerptam ex hâc ipsâ oratione quæ in eâ nullibi occurrit. Sic enim ſcriptor ille : περίςυλοι. Ἰσο-



confido & magnam ſpem habeo mihi tunc ultimum vitæ diem adventurum, quandò id mihi expediet: hoc teſtimonio adductus, quòd præterito etiam tempore in hunc uſque diem ità vixi, quemadmodum decet vivere homines qui deos colunt & curantur à diis. De me igitur, ut qui hoc animo ſim, quique exiſtimem, quidquid vobis viſum fuerit, id è re meâ futurum, ut libitum placitumque fuerit, ità veſtrûm unuſquisque ſuffragium ferat.

κράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Θαυματοποιΐαις ταῖς οὐδὲν ὠφελούσαις, ὑπὸ δὲ τῶν ἀνοήτων περιστάτοις γινομέναις, præſtigiis quæ nullius usûs ſunt, ſed quæ circumſtantium ſtultorum coronâ cinguntur. Hæc phraſis in oratione περὶ ἀντιδοσέως nullatenùs occurrit, neque video ubi poſſet collocari.



ANALYSIS
ORATIONIS
DE BIGIS,
VEL DE ALCIBIADE.

PROPOSITUM.

POSSIDEBAT Argos civitas equos bijugos nobiles, in ludis olympicis certaturos: Tisias quidam, vel, ex historiâ, Diomedes, civis Atheniensis, quum in ludis hisce victoriam reportare cuperet, ab Alcibiade petiit amico suo & apud Argivos maximè gratioso, ut has bigas ipsi emeret. Has quidem, nomine Tisiæ & ex ipsius pecuniis, emit Alcibiades; sed bigis usus alienis suo ipse nomine certavit ad Olympia. Si hoc verè gestum est, Tisias videtur, Alcibiade vivo, conquestus tantùm fuisse, nec rem detulisse ad judices; & aliquot duntaxat annis post illius mortem filio litem intendisse, in quâ quinque talenta repetebat ob injuriam à patre factam. Quo tempore causa illa acta fuerit & quo exitu, non constat. Verùm quum multi Athenis oratores contrà Alcibiadem scripsissent acriùs, inter quos Ando-

cides & Lysias, quorum adhuc orationes extant, horum insectationibus defensionem simul & laudationem viri inter Græcos maximè inclyti, opponere statuit Isocrates. Scripsit itaque pro filio Alcibiadis orationem quam verisimile est non dictam fuisse, in quâ supponit reum, postquam planum fecerit patrem ab Argivis bigas emisse ex suis ipsius pecuniis, Tisiamque falsa comminisci, patris ejusdem memoriam defendere, ipsumque laudare suscipere. Orationis prima pars ab oratore omissa est; alterius partis, quam habemus in manibus, summa hæc sunt & præcipua capita.

Exordium.

In brevi exordio conqueritur juvenis Alcibiades de injustitiâ adversariorum suorum qui ipsum ob delicta patris persequuntur, nec se posse dicit quin defendat illius memoriam maledictis inimicorum impetitam.

Confirmatio.

Post hoc exordium, antequam parentis sui laudationem suscipiat, de illius exilio & reditu loquitur, ac

1°. Ostendit quàm iniquè pulsus fuerit, quàm crudeliter etiam in exilio ab inimicis actus fuerit.

2°. Ea excuſat quæ ille peregit exul.

3°. Exponit quanto ſtudio reverſus fuerit, quanto cum patriæ commodo, & per præteritionem enumerat quanta in ipſam beneficia contulerit redux.

4°. Tranſit ad patris laudationem, dicendo ſe nec velle nec poſſe omnia illius inimicorum convicia commemorare.

Laudatio Alcibiadis.

Laudatur 1°. à natalibus & majoribus.

2°. Ab educatione, à magnâ indole, ab inclytis facinoribus, & à gloriâ quâ fulgebat apud ſuos.

3°. A magnificentiâ quam in ludis olympicis exhibuit, & per præteritionem in ludis Athenienſibus.

4°. Ab ingenti patriæ & popularis ſtatûs amore, qui amor ex multis evidenter apparuit. Eruptio fit in Tiſiam, & in Chariclem ipſius affinem.

Peroratio.

Peroratio conſtat commiſeratione malorum præteritorum & præſentium, exaggeratione inſtantis periculi, & adverſarii inſectatione.

Quum Alcibiades exulârit anno 415 antè Christum, quumque eo tempore illius filius quatuor duntaxat annos attigerit, & debuerit viginti ad minùs adimplevisse quandò hanc caussam diceret, hæc oratio, modò dicta fuerit, debuit scribi anno circiter antè Christum 399, Isocratis ætatis 70.





ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ΖΕΎΓΟΥΣ

ΛΌΓΟΣ,

Ἢ ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἈΛΚΙΒΙΆΔΟΥ.

ΠΕΡῚ μὲν οὖν τοῦ ζεύγους τῶν ἵππων, ὡς οὐκ ἀφελόμενος ὁ πατὴρ Τισίαν εἶχεν, ἀλλὰ πριάμενος παρὰ τῆς πόλεως τῶν Ἀργείων, τῶν τε πρέσβεων τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰδότων, ἀκηκόατε μαρτυρούντων. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἅπαντές εἰσιν εἰθισμένοι με συκοφαντεῖν. Τὰς μὲν γὰρ δίκας, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων λαγχάνουσι, τὰς δὲ κατηγορίας ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ποιοῦνται, καὶ πλείω χρόνον διατρίβουσι τὸν πατέρα μου διαβάλλοντες, ἢ περὶ ὧν ἀντώμοσαν διδάσκοντες· καὶ τοσοῦτον καταφρονοῦσι τῶν νόμων, ὥστε περὶ ὧν ὑμᾶς ὑπ' ἐκείνου φασὶν ἠδικῆσθαι, τούτων αὐτοὶ δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν ἀξιοῦσιν. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν οὐδὲν προσήκειν τὰς κοινὰς αἰτίας τοῖς ἰδίοις ἀγῶσιν· ἐπειδὴ δὲ Τισίας πολλάκις ὀνειδίζει μοι τὴν φυγὴν τοῦ πατρὸς, καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἢ τῶν ἑαυτοῦ σπουδάζει πραγμάτων, ἀνάγκη



DE BIGIS ORATIO, VEL DE ALCIBIADE.

EXORDIUM.

De jugo igitur equorum, patrem meum eos habuisse non Tisiæ ereptos, sed de civitate Argivorum emptos; & è legatorum qui illinc venerunt, & ceterorum qui rem noverunt, testimoniis audidivistis. Omnes autem eodem modo me calumniari solent. Quum enim de privatis criminibus mihi lites moveant, accusant me de rebus quæ pertinent ad rempublicam, & plus temporis consumunt patre meo criminando quàm eâ re explicandâ de quâ & ipsi præstiterunt jusjurandum; & leges usque adeò contemnunt, ut ob eas injurias quas vos aiunt ab illo accepisse, ob eas ipsi à me pœnas exigere velint. Ego verò sic existimo crimina publica ad privatas controversias nihil attinere: sed quia Tisias patris exilium sæpè mihi objicit, & magis de nostris quàm de suis negotiis est sollicitus,

[l. 11.] Ἀντώμοσαν. Ἀντωμοσία, mutuum utriusque partis jusjurandum, quo actor jurabat se justè accusaturum, reus se justâ defensione usurum.

πρὸς ταῦτα τὴν ἀπολογίαν ποιεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην, εἴ τῳ δόξαιμι τῶν πολιτῶν ἧττον φροντίζειν τῆς ἐκείνου δόξης ἢ τῶν ἐμαυτοῦ κινδύνων.

Πρὸς μὲν οὖν τοὺς πρεσβυτέρους, βραχὺς ἂν ἐξήρκει λόγος (ἅπαντες γὰρ ἴσασιν ὅτι διὰ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας ἥτε δημοκρατία κατελύθη, κἀκεῖνος ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεσε)· τῶν δὲ νεωτέρων ἕνεκα, οἳ τῶν μὲν πραγμάτων ὕστεροι γεγόνασι, τῶν δὲ διαβαλλόντων πολλάκις ἀκηκόασι, πόρρωθεν ἄρξομαι διδάσκειν.

Οἱ γὰρ πρότερον ἐπιβουλεύσαντες τῷ δήμῳ, καὶ καταστήσαντες τοὺς Τετρακοσίους, ἐπειδὴ παρακαλούμενος ὁ πατὴρ οὐκ ἤθελε γενέσθαι μετ' αὐτῶν, ὁρῶντες αὐτὸν καὶ πρὸς τὰς πράξεις ἐρρωμένως ἔχοντα, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος πιστῶς διακείμενον, οὐχ ἡγοῦντο οὐδὲν οἷόντ' εἶναι κινεῖν τῶν καθεστώτων, πρὶν ἐκποδὼν ἐκεῖνος αὐτοῖς γένοιτο. Εἰδότες δὲ τὴν πόλιν τῶν μὲν περὶ τοὺς θεοὺς μάλιστ' ἂν ὀργισθεῖσαν, εἴ τις εἰς τὰ μυστήρια φαίνοιτο ἐξαμαρτάνων, τῶν δὲ ἄλλων, εἴ τις τολμῴη τὸν δῆμον καταλύειν· ἀμφοτέρας ταύτας συνθέντες τὰς αἰτίας, εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλήν, λέγοντες, ὡς ὁ πατὴρ συνάγει μὲν τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' ἐν τῇ Πολυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες, τὰ μυστήρια ποιήσαιεν.

necesse est ut de his ipsis me defendam. Erubescerem enim si cui civium viderer illius existimationem minùs quàm mea ipsius pericula curare.

CONFIRMATIO.

1°. Ac quod ad seniores attinet, res paucis posset absolvi; omnes enim sciunt per eosdem viros & popularem statum sublatum esse, & patrem meum urbe pulsum: propter juniores autem qui post res illas gestas nati sunt, & sæpè audiverunt calumniatores, narrationem altiùs exordiar.

Qui populo pridem insidiati fuerant, & constituerant Quadringentos, patrem meum ad coeundam secum societatem vocaverunt. Quod quum ille recusasset, viderentque ipsi virum esse in rebus gerendis acrem, & fidelem populo, non putârunt se ulla vetera instituta loco movere posse nisi illum è medio sustulissent. Quia verò sciebant civitatem, in iis quidem quæ ad deos pertinent, gravissimè irasci solere, si quis Cereris mysteria violare deprehenderetur, ceteris verò in rebus, si quis popularem statum dissolvere auderet; quum hæc duo conjunxissent crimina, ad senatum retulerunt, patrem meum cœtus habere ad res novandas, novatoresque in Polytionis ædibus concœnantes,

---

[l. 19 & 21.] Ad τῶν sub. ἕνεκα, sicut & ad τῶν ἄλλων.

[l. 25.] Οὗτοι, nempè, ii qui cœtus concelebrabant.

Ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως γενομένης διὰ τὸ μέγεθος τῶν αἰτιῶν, καὶ διὰ ταχέων συλλεγείσης ἐκκλησίας, οὕτω σαφῶς αὐτοὺς ἀπέδειξε ψευδομένους, ὥστε παρὰ μὲν τῶν κατηγόρων ἡδέως ἂν ὁ δῆμος δίκην ἔλαβε, τὸν δ' εἰς Σικελίαν στρατηγὸν ἐχειροτόνησε. Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ μὲν ἐξέπλευσεν, ὡς ἀπηλλαγμένος ἤδη τῆς διαβολῆς· οἱ δὲ συστήσαντες τὴν βουλὴν, καὶ τοὺς ῥήτορας ὑφ' αὑτοῖς ποιησάμενοι, πάλιν ἤγειρον τὸ πρᾶγμα, καὶ μηνυτὰς εἰσέπεμπον. Καὶ τί δεῖ μακρολογεῖν; οὐ γὰρ πρότερον ἐπαύσαντο, πρὶν ἂν τόντε πατέρα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετεπέμψαντο, καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλον. Πυθόμενος δὲ τήν τε τῶν ἐχθρῶν δύναμιν, καὶ τὰς τῶν ἐπιτηδείων συμφορὰς, καὶ νομίζων δεινὰ πάσχειν, ὅτι παρόντα μὲν αὐτὸν οὐκ ἔκρινον, ἀπόντος δὲ κατεγίνωσκον, οὐδ' οὕτως ἀπελθεῖν ἠξίωσεν εἰς τοὺς πολεμίους. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τοσαύτην πρόνοιαν εἶχεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲ φεύγων μηδὲν ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν πόλιν, ὥστ' εἰς Ἄργος ἐλθὼν, ἡσυχίαν ἦγεν· οἱ δ' εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον, ὥστ' ἔπεισαν ὑμᾶς ἐλαύνειν αὐτὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ στήλῃ ἀναγράφειν, καὶ πρέσβεις πέμποντας ἐξαιτεῖν παρ' Ἀργείων. Ἀπο-

[l. 9 & 10.] Μηνυτὰς εἰσέπεμπον, ad verbum,

myſteria celebrare. Civitate igitur concitatâ ob criminum magnitudinem, & concione celeriter convocatâ, iſtos tàm evidenter mendaciorum coarguit, ut accuſatores populus libenter ſuppliciis affeciſſet, & ipſum ducem in Siciliam creârit. Poſt hæc navigavit ille quaſi jam calumniâ liberatus: iſti autem ſenatu ſollicitato, & oratoribus ſibi adjunctis, rem commoverunt de integro, & delatores ſubornârunt. Quid multis opus eſt? nec enim prius conquievere quàm & patrem revocaſſent ab exercitu, & ex ejus amicis alios occidiſſent, alios urbe ejeciſſent. Is igitur auditâ & inimicorum potentiâ, & familiarium ſuorum calamitatibus, quamvis indignè ſecum agi exiſtimans, quòd præſens quidem in judicium non fuiſſet adductus, abſens autem condemnatus, ne ſic tamen ad hoſtes defecit, ſed tantâ cavit diligentiâ ne ullâ re patriam vel in exilio offenderet, ut Argos profectus otium egerit. Iſti verò eò inſolentiæ venerunt, ut perſuaſerint vobis eum totâ Græciâ pellendum eſſe, proſcribendumque ipſius caput, & per legatos ab Argivis expoſcendum. Quapropter animi dubius

---

delatores immiſerunt.

[l. 23.] Στήλην ἀναγράφειν, columnam inſcribere, i. e. in columnâ nomen inſcribere. In columnâ hujus nomen inſcribere ſolebant Athenienſes cujus caput proſcribebatur.

ρῶν δ' ὅ,τι χρήσαιτο τοῖς παροῦσι κακοῖς, καὶ πανταχόθεν εἰργόμενος, καὶ σωτηρίας οὐδεμιᾶς ἄλλης αὐτῷ φαινομένης, τὸ τελευταῖον ἐπὶ Λακεδαιμονίους ἠναγκάσθη καταφυγεῖν.

Καὶ τὰ μὲν γεγενημένα, ταῦτ' ἐστίν. Οὕτω δ' ἀνόμως ἐκπεσόντος, ὡς δεινὰ δεδρακότος αὐτοῦ κατηγοροῦσι, καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν ὡς Δεκέλειαν ἐπετείχισε, καὶ τὰς νήσους ἀπέστησε, καὶ τῶν πολεμίων κατέστη διδάσκαλος. Καὶ ἐνίοτε μὲν αὐτοῦ προσποιοῦνται καταφρονεῖν, λέγοντες ὡς οὐδὲν διέφερε τῶν ἄλλων, νῦν δὲ πάντων αὐτὸν τῶν γιγνομένων αἰτιῶνται. Καὶ φασὶ παρ' ἐκείνου μαθεῖν Λακεδαιμονίους ὡς χρὴ πολεμεῖν, οἳ καὶ τοὺς ἄλλους τὴν τέχνην διδάσκειν ἔχουσιν. Ἐγὼ δέ, εἴ μοι χρόνος ἱκανὸς γένοιτο, ῥᾳδίως ἂν αὐτὸν ἐπιδείξαιμι τὰ μὲν δικαίως πράξαντα, τῶν δ' ἀδίκως αἰτίαν ἔχοντα. Πάντων δ' ἂν εἴη δεινότατον, εἰ τοῦ πατρὸς μὲν τὴν φυγὴν δωρεὰν λαβόντος, ἐγὼ διὰ τὴν ἐκείνου φυγὴν ζημιωθείην.

Ἡγοῦμαι δ' αὐτὸν παρ' ὑμῶν δικαίως ἂν πλείστης συγγνώμης τυγχάνειν· ὑπὸ γὰρ τῶν Τριάκοντ' ἐκπεσόντες, ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς ἐχρῆσθε. Ἐξ ὧν ἐνθυμεῖσθαι χρὴ πῶς ἕκαστος ὑμῶν διέκειτο, καὶ τίνα γνώμην εἶχε, καὶ ποῖον κίνδυνον οὐκ ἂν ὑπέμεινεν, ὥστε παύσασθαι μὲν μετοικῶν,

quò se in his malis converteret, exclusus undique, & nullâ spe salutis alibi relictâ, tandem ad Lacedæmonios confugere est coactus.

2°. Et facta quidem hæc sunt. Quum autem tàm iniquè pulsus urbe fuerit, illum, quasi atrocia commisisset, accusant, & crimini dare student, eum & Deceleam contrà rempublicam munisse, & insulas impulisse ad defectionem, & præceptorem hostium extitisse. Ac modò illum à se contemni simulant, ut qui nihil aliis antecelluerit; modò ei uni imputant quæcumque acta sunt, & ab eo dicunt quo pacto bella sint gerenda edoctos esse Lacedæmonios, qui eam artem ipsi alios possint edocere. Ego verò, nisi temporis augustiis excluderer, facilè ostenderem eum alia justè egisse, de aliis injustè in crimen vocari. Omnium autem iniquissimum esset, si, quum pater meus post exilium præmium acceperit, ego ob illius exilium plecterer.

Equidem censeo jure illi à vobis multam veniam esse tribuendam. Nam à triginta tyrannis expulsi, iisdem quibus ille conflictati estis calamitatibus. Undè in animum revocandum est quomodò unusquisque vestrûm fuerit affectus, & quid animi habuerit, & quid periculi non subisset ut non pro

---

[l. 12.] Αἰτιῶνται resolve, αἴτιον εἶναι φασί.

κατελθεῖν δ' εἰς τὴν πατρίδα, τιμωρήσασθαι δὲ τοὺς ἐκβαλόντας. Ἐπὶ τίνα δ' ἢ πόλιν, ἢ φίλον, ἢ ξένον, οὐκ ἤλθετε, δεησόμενοι συγκαταγεῖν ὑμᾶς; τίνος δ' ἀπείχεσθε; οὐ καταλαβόντες τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸν σῖτον τὸν ἐν τῇ χώρᾳ διεφθείρετε, καὶ τὴν γῆν ἐτέμνετε, καὶ τὰ προάστεια ἐνεπρήσατε, καὶ τελευτῶντες τοῖς τείχεσι προσεβάλετε; Καὶ ταῦθ' οὕτω σφόδρα ἐνομίζετε χρῆναι ποιεῖν, ὥστε τοῖς ἡσυχίαν ἄγουσι τῶν συμφυγάδων μᾶλλον ὠργίζεσθε, ἢ τοῖς αἰτίοις τῶν συμφορῶν γεγενημένοις.

Ὥστ' οὐκ εἰκὸς ἐπιτιμᾶν τοῖς τῶν αὐτῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐπιθυμοῦσιν· οὐδὲ κακοὺς ἄνδρας νομίζειν, ὅσοι φυγόντες κατελθεῖν ἐζήτησαν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ὅσοι μένοντες φυγῆς ἄξια ἐποίησαν· οὐδ' ἐντεῦθεν ἀρξαμένους κρίνειν ὁποῖός τις ἦν ὁ πατὴρ πολίτης, ὅτ' οὐδὲν αὐτῷ τῆς πόλεως προσῆκεν, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου σκοπεῖν οἷος ἦν, πρὶν φυγεῖν, περὶ τὸ πλῆθος· καὶ ὅτι διακοσίους ἔχων ὁπλίτας, τὰς μεγίστας πόλεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, Λακεδαιμονίων μὲν ἀπέστησεν, ὑμῖν δὲ συμμάχους ἐποίησε, καὶ

[l. 8.] Antè ταῦτα addidi καὶ quod habent Ald. Med. & cod. X.

[l. 16 & 17.] Vulg. χρὴ νῦν, dedi κρίνειν quod habent etiam codd. H, I, N, & Med.

inquilino

inquilino diutiùs haberetur, & ut in patriam reversus pœnas de iis sumeret qui se ejecissent. Quam civitatem, quem amicum, quem hospitem, non adiistis, precaturi ut vobis adjumento essent ad patriam recuperandam? Quid à vobis omissum est? nonne occupato Piræo, & segetes vastastis, & agros populati estis, & suburbia incendistis, & muros denique oppugnastis? Hæc autem ità vehementer facienda esse censuistis, ut iis exilii sociis qui manerent quieti magis irasceremini, quàm illis ipsis qui calamitatum autores fuerunt.

Quare non æquum est eos culpare qui eadem quæ vos concupiverunt; nec improbos existimare eos qui exulare coacti reverti studuerunt, sed eos multò magis qui domi manentes exilio digna perpetrârunt; nec indè exorsos judicare qualis pater meus civis fuerit, quando nulla ipsi cum civitate interesset necessitudo; sed ab eo tempore considerare qualem se præbuerit ergà populum antequam in exilium ageretur. Recordamini, verbi gratiâ, quomodo ipse, quum ducentos duntaxàt armatos haberet, maximas Peloponnesi civitates à societate Lacedæmoniorum abduxerit, vestrûmque socias

---

[l. 20.] **Καὶ ὅτι** pendet à **σκοπεῖν**, sicut & **εἰς οὓς** & **ὡς** quæ sequuntur.

εἰς οἵους κινδύνους αὐτοὺς κατέστησε, καὶ ὡς εἰς Σικελίαν ἐστρατήγησε. Τούτων μὲν γὰρ ἐκείνῳ προσήκει χάριν ὑμᾶς ἔχειν· τῶν δ' ἐν τῇ συμφορᾷ γενομένων τοὺς ἐκβαλόντας αὐτὸν δικαίως ἂν αἰτίους νομίζοιτε.

Ἀναμνήσθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, ἐπειδὴ κατῆλθεν, ὡς πολλὰ ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐποίησεν· ἔτι δὲ πρότερον, ὡς ἐχόντων τῶν πραγμάτων, αὐτὸν κατεδέξασθε, καταλελυμένου μὲν τοῦ δήμου, στασιαζόντων δὲ τῶν πολιτῶν, διαφερομένων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὰς ἀρχὰς τὰς ἐνθάδε καθεστηκυίας, εἰς τοῦτο δὲ μανίας ἀμφοτέρων ἀφιγμένων ὥστε μηδ' ἑτέροις μηδεμίαν ἐλπίδα εἶναι σωτηρίας. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἔχοντας τὴν πόλιν, ἐχθροὺς ἐνόμιζον μᾶλλον ἢ Λακεδαιμονίους· οἱ δὲ τοὺς ἐκ Δεκελείας μετεπέμποντο, ἡγούμενοι κρεῖττον εἶναι τοῖς πολεμίοις τὴν πατρίδα παραδοῦναι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατευομένοις τῆς πολιτείας μεταδοῦναι. Τοιαύτην μὲν οὖν τῶν πολιτῶν γνώμην ἐχόντων, κρατούντων δὲ τῶν πολεμίων καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης, ἔτι δὲ χρημάτων μὲν ὑμῖν οὐκ ὄντων, ἐκείνοις δὲ βασιλέως χορηγοῦντος, πρὸς δὲ τούτοις ἐννενήκοντα νεῶν ἐκ Φοινίκης εἰς Ἄσπενδον ἡκουσῶν, καὶ παρεσκευασμένων Λακεδαιμονίοις βοηθεῖν· ἐν τοσαύταις συμφοραῖς καὶ τοσούτοις κινδύ-

effecerit, in quanta ipsos pericula adduxerit, cum quanto exercitu in Siciliam ierit. Nam ob hæc vos gratiam ei habere debetis; quæ verò ipsi in calamitate acciderunt, illis per quos expulsus est, imputare.

3°. Recordamini etiam, postquam reversus est, quanta in civitatem beneficia contulerit: ac illud imprimis quo rerum statu eum susceperitis; nempè abrogato populi imperio, civibus seditione laborantibus, à magistratibus hîc constitutis dissidentibus militibus, & utrisque in eam insaniam adductis ut neutris salutis ulla spes relinqueretur. Nam alteri eos qui tenebant urbem, inimiciores sibi putabant esse quàm Lacedæmonios; alteri eos qui obsidebant Deceleam, accersebant, satius esse existimantes patriam hostibus tradere, quàm eos in reipublicæ partem recipere qui bellum pro republicâ gerebant. Quum autem cives hos haberent animos, & hostes terrâ marique superiores essent, atque etiam vobis non suppeterent pecuniæ, & rex Persarum illis affatim suppeditaret; præterea quum nonaginta naves è Phœniciâ venirent Aspendum, paratæ ad opem ferendam Lacedæmoniis: in tantis calamitatibus

[l. 23.] Βασιλέως, regis, scilicet, Persarum, sic enim vulgò intelligunt Græci βασιλεὺς sine ullâ additione.

νοις τῆς πόλεως οὔσης, μεταπεμψαμένων αὐτὸν τῶν στρατηγῶν, οὐκ ἐσεμνύνατο ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, οὐδ' ἐμέμψατο περὶ τῶν γεγενημένων, οὐδ' ἐβουλεύσατο περὶ τῶν μελλόντων· ἀλλ' εὐθὺς εἵλετο μετὰ τῆς πόλεως ὁτιοῦν πάσχειν μᾶλλον ἢ μετὰ Λακεδαιμονίων εὐτυχεῖν, καὶ πᾶσι φανερὸν ἐποίησεν ὅτι τοῖς ἐκβαλοῦσιν ἀλλ' οὐχ ὑμῖν ἐπολέμει, καὶ ὅτι κατελθεῖν, ἀλλ' οὐ καταπολεμῆσαι τὴν πόλιν ἐπεθύμει. Γενόμενος δὲ μεθ' ὑμῶν, ἔπεισε μὲν Τισαφέρνην μὴ παρέχειν χρήματα Λακεδαιμονίοις, ἔπαυσε δὲ τοὺς συμμάχους ὑμῶν ἀφισταμένους, διέδωκε δὲ παρ' αὐτοῦ μισθὸν τοῖς στρατιώταις, ἀπέδωκε δὲ τῷ δήμῳ τὴν πολιτείαν, διήλλαξε δὲ τοὺς πολίτας, ἀπέστρεψε δὲ τὰς ναῦς τὰς ἐκ Φοινίκης. Καὶ μετὰ ταῦτα καθ' ἕκαστον μὲν ὅσας τριήρεις ἔλαβεν, ἢ μάχας ἐνίκησεν, ἢ πόλεις κατὰ κράτος εἷλεν, ἢ λόγῳ πείσας φίλας ὑμῖν ἐποίησε, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν· πλείστων δὲ κινδύνων τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων, οὐδέποτε τοῦ πατρὸς ἡγουμένου, τρόπαιον καθ' ἡμῶν ἔστησαν οἱ πολέμιοι. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐστρατηγημένων, οἶδα μὲν ὅτι πολλὰ παραλείπω· διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἀκριβῶς εἴρηκα περὶ αὐτῶν, ὅτι σχεδὸν ἅπαντες μνημονεύετε τὰ πραχθέντα.

Λοιδοροῦσι δὲ λίαν ἀσελγῶς καὶ θρασέως καὶ τὸν ἄλλον βίον τοῦ πατρός, καὶ οὐκ αἰσχύνονται

tantisque periculis quum civitas versaretur, à ducibus accersitus Alcibiades, non se jactitavit ob præsentem rerum difficultatem, neque succensuit ob præterita, neque consilium cepit de futuris; sed statìm cum republicâ quidvis perpeti voluit quàm cum Lacedæmoniis esse felicissimum, ac planum fecit omnibus se bellum gessisse contrà suos inimicos, non contrà vos, & in urbem redire, non expugnare urbem, voluisse. Vobiscum verò conjunctus, & Tissapherni persuasit ne pecunias Lacedæmoniis præberet, & effecit ne socii à vobis descìscere pergerent, & de suo militibus solvit stipendia, & populo restituit libertatem, & cives reconciliavit inter se, & naves ex Phœniciâ venientes avertit. Et post hæc singulatìm quidem quot triremes ceperit, quot prælia vicerit, quot urbes vi expugnârit, aut oratione suâ persuasas vobis amicas fecerit, immensus labor foret enumerare: quum autem nostra civitas illis temporibus plurima prælia commiserit, nunquam, patre meo duce, hostes tropæum adversùs nos erexerunt. Ac rerum illius ductu gestarum, haud ignoro multas me præterire: quas accuratè commemorare propterea nolui, quòd ferè omnes ea quæ tunc facta sunt meministis.

4°. Invehuntur Alcibiadis inimici in reliquam ipsius vitam insolenter nimis & confidenter, nec

τοιαύτῃ παῤῥησίᾳ χρώμενοι περὶ τοῦ τεθνεῶτος ἣν ἔδεισαν ἂν ποιούμενοι περὶ ζῶντος· ἀλλ' εἰς τοῦτον ἀνοίας ἐληλύθασιν, ὥστ' οἴονται καὶ παρ' ὑμῖν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσειν, ἢν, ὡς ἂν δύνωνται, πλεῖστα περὶ αὐτοῦ βλασφημήσωσιν· ὥσπερ οὐ πάντας εἰδότας ὅτι καὶ τοῖς φαυλοτάτοις τῶν ἀνθρώπων ἔξεστιν οὐ μόνον περὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν θεῶν, ὑβριστικοὺς εἰπεῖν λόγους.

Ἴσως μὲν οὖν ἐστιν ἀνόητον ἁπάντων τῶν εἰρημένων φροντίζειν, ὅμως δ' οὐχ ἥκιστα ἐπιθυμῶ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν τοῦ πατρὸς διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς, μικρὸν προλαβὼν, καὶ τῶν προγόνων ἐπιμνησθεὶς, ἵν' ἐπίστησθε ὅτι πόῤῥωθεν ἡμῖν ὑπάρχει μέγιστα καὶ κάλλιστα τῶν πολιτῶν.

Ὁ γὰρ πατὴρ ἦν πρὸς μὲν ἀνδρῶν, Εὐπατριδῶν, ὧν τὴν εὐγένειαν ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι· πρὸς γυναικῶν δ', Ἀλκμαιωνιδῶν, οἳ τοῦ μὲν πλούτου μέγιστον σημεῖον κατέλιπον· ἵππων γὰρ ζεύγει πρῶτος Ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν Ὀλυμ-

[l. 1.] Παῤῥησίας, inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ βλασφημίας καὶ λοιδορίας. Ἰσοκράτης Βουσίριδι καὶ περὶ τοῦ ζεύγους. Vide laudationem Busiridis. T. II, 410, l. 9.

[l. 16.] Εὐπατρίδαι, sunt οἱ εὖ γεγονότες, οἱ εὐγενεῖς. Antiquissimè populus Atheniensis dividebatur in εὐπατρίδας, γεωμόρους, δημιουργοὺς, hoc est in patricios,

dubitant eâ libertate verborum uti in mortuum, quam, eo vivente, exercere non auderent: atque eò dementiæ venerunt ut arbitrentur se tùm apud vos tùm apud alios in honore futuros, si, quantùm in ipsis est, plurima in eum congesserint maledicta. Quasi verò quisquam ignoret etiam nequissimis hominibus licere, non de viris tantùm præstantissimis, sed de diis etiam immortalibus, contumeliosè loqui.

Forsan igitur stultum fuerit ea omnia quæ dicuntur curare: attamen vel imprimis cupio de patris moribus ac studiis verba facere apud vos, re paulò altiùs repetitâ, & mentione majorum factâ; ut sciatis, à primâ nobis origine maxima inter cives & pulcherrima ornamenta contigisse.

Laudatio Alcibiadis.

I. Nam pater meus ex gente *Patriciorum* fuit, quorum nobilitas ex ipso cognomine facilè intelligitur: maternum verò genus duxit ab Alcmæonidis, qui divitiarum evidens testimonium reliquere. Alcmæon enim primus civium, Olympiæ, bigis

---

in agricolas & opifices. Volsius dubitat utrùm pro εὐπατριδῶν legendum sit εὐρυσακιδῶν, quia juxtà Plutarchum Alcibiades paternum genus ad Eurysacem, Ajacis Telamonii filium, referebat.

πᾶσιν ἐνίκησε. Τὴν δ' εὔνοιαν ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος, ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο. Συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πεισιστράτου, καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι, μάλιστα αὐτῷ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, οὐκ ἠξίωσαν μετασχεῖν τῆς ἐκείνου τυραννίδος, ἀλλ' ἡγήσαντο κρεῖττον εἶναι φυγεῖν τὴν πατρίδα μᾶλλον ἢ τοὺς πολίτας ἰδεῖν δουλεύοντας. Τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γινομένης, ὑπὸ μὲν τῶν τυράννων συγγενῶν ὄντων οὕτως ἐμισήθησαν, ὥσθ', ὁπότε τἀκείνων κρατήσαιεν, οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν κατέσκαπτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυττον. Ὑπὸ δὲ τῶν φυγάδων οὕτω σφόδρα ἐπιστεύθησαν, ὥσθ' ἅπαντα τοῦτον χρόνον ἡγούμενοι τοῦ δήμου διετέλεσαν. Καὶ τὸ τελευταῖον Ἀλκιβιάδης καὶ Κλεισθένης, ὁ μὲν πρὸς πατρὸς, ὁ δὲ πρὸς μητρὸς, ὢν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ, στρατηγήσαντες, ἐκ τῆς φυγῆς κατήγαγον τὸν δῆμον, καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλον, καὶ κατέστησαν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν, ἐξ ἧς οἱ πολῖται πρὸς μὲν ἀνδρίαν οὕτως ἐπαιδεύθησαν, ὥστε τοὺς Βαρβάρους τοὺς ἐπὶ πᾶσαν ἐλθόντας τὴν Ἑλλάδα μόνοι νικᾶν μαχόμενοι· περὶ δὲ δικαιοσύνης τοσαύτην δόξαν ἔλαβον, ὥσθ' ἑκόντας αὐτοῖς τοὺς Ἕλληνας ἐγχειρίσαι τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης· τὴν δὲ πόλιν τηλικαύτην ἐποίησαν καὶ τῇ δυνάμει, καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς, ὥστε

equeſtribus vicit. Benevolentiam autem ſuam ergà populum tyrannicis temporibus declarârunt. Quamvis enim cognatione cum Piſiſtrato conjuncti eſſent, &, priuſquam is imperium cepiſſet, familiariſſimè illo uterentur, noluerunt tamen ejus tyrannidis eſſe participes, ſed maluerunt exulare patriâ, quàm cives ſervitute oppreſſos intueri. Et quum ea ſeditio quadraginta duraſſet annos, tyrannis ſibi cognatis ità inviſi fuerunt, ut quum iſti evaſiſſent ſuperiores, non tantùm diruerent ædes ipſorum, ſed etiam effoderent ſepulchra. Apud exules autem tantam fidem nacti ſunt, ut omni eo tempore populi duces fuerint. Poſtremò Alcibiades & Cliſthenes, alter paternus, alter maternus, patris mei proavus, imperatores facti, ab exilio populum reduxerunt; & tyrannis ejectis eam conſtituerunt democratiam in quâ cives ad fortitudinem ità ſunt inſtituti, ut Barbaros qui contrà totam Græciam venerant, hi ſoli prælio vincerent; tantâque juſtitiæ gloriâ floruerunt, ut ultrò eis Græci traderent maris imperium; ac tantam denique urbem reddiderunt omnibus tùm præſidiis tùm ornamen-

---

[l. 9.] Vulg. τοσούτων ὄντων. Neſcio quid ſibi velit τοσούτων cum tres tantùm tunc fuerint tyranni. Mihi viſum fuit legendum τηλικούτων, vel τοιούτων, vel συγγενῶν, quod ultimum in textum admiſi.

[l. 17.] Antè τῆς addidi ἐκ juxtà mentem Volfii.

σου φάσκοντας αὐτὴν ἄστυ τῆς Ἑλλάδος εἶναι, καὶ τοιαύταις ὑπερβολαῖς εἰθισμένους χρῆσθαι, δοκεῖν ἀληθῆ λέγειν.

Τὴν μὲν οὖν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν δῆμον, οὕτω παλαιὰν, καὶ γνησίαν, καὶ διὰ τὰς μεγίστας εὐεργεσίας γεγενημένην, παρὰ τῶν προγόνων παρέλαβεν. Οὗτος δὲ κατελείφθη μὲν ὀρφανός· ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ, μαχόμενος ἐν Κορωνείᾳ τοῖς πολεμίοις, ἀπέθανεν· ἐπιτροπεύθη δ' ὑπὸ Περικλέους, ὃν πάντες ἂν ὁμολογήσαιεν ὡς σωφρονέστατον, καὶ δικαιότατον, καὶ σοφώτατον, γεγενῆσθαι τῶν πολιτῶν. Ἡγοῦμαι γὰρ καὶ τοῦτ' εἶναι τῶν καλῶν ἐκ τοιούτων γενόμενον ὑπὸ τοιούτοις ἤθεσιν ἐπιτροπευθῆναι, καὶ τραφῆναι, καὶ παιδευθῆναι. Δοκιμασθεὶς δ' οὐκ ἐνδεέστερος ἐγένετο τῶν προειρημένων, οὐδ' ἠξίωσεν αὐτὸς μὲν ῥαθύμως ζῆν, σεμνύνεσθαι δ' ἐπὶ ταῖς τῶν προγόνων ἀρεταῖς· ἀλλ' εὐθὺς οὕτω μέγα ἐφρόνησεν, ὥστ' ᾠήθη δεῖν δι' αὐτὸν, καὶ οὐ διὰ τἀκείνων ἔργα, μνημονεύεσθαι.

Καὶ πρῶτον μὲν ὅτε Φορμίων ἐξήγαγεν ἐπὶ Θρᾴκας χιλίους Ἀθηναίων ὁπλίτας, ἐπιλεξάμε-

[l. 8.] Κορωνείᾳ, vulg. Χαιρωνείᾳ, quod emendavi ex Platone & Plutarcho. Videantur apud Platonem PRIMUS ALCIBIADES, p. 112, C, ex editione Henrici Stephani;

tis, ut qui eam dicunt esse Græciæ caput, & laudibus aliis magnificentioribus ornare solent, vera dicere videantur.

II. Caritatem igitur populi tàm vetustam & sinceram, & maximis beneficiis confirmatam, à majoribus accepit Alcibiades; ipse verò relictus est pupillus: nam pater ejus, in Coroneensi prælio cum hostibus dimicans, ceciderat. Tutorem habuit Periclem, quem omnes fateantur omnium civium fuisse & modestissimum & justissimum & sapientissimum. Quod ipsum etiam inter præclara habendum esse arbitror, si cui talibus orto parentibus, tàm præstans vir, & tutor, & educator, & vitæ magister, contigerit. Jam virilem consecutus ætatem, non degeneravit à virtute illorum quos diximus; nec ipse, otio & ignaviæ deditus, majorum virtute splendescere voluit; sed statìm tantâ fuit magnanimitate, ut existimaret oportere se propter semetipsum, non ob illorum res gestas, celebrari.

Ac primùm, quum Phormio mille Athenienses armatos contrà Thraces duceret, fortissimis de-

---

apud Plutarchum ALCIBIADES, p. 191, E, ex editione Rualdi.

[l. 14 & 15.] Δοκιμασθεὶς, i. e. εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, quia nempè is ἐδοκιμάζετο, examinabatur, qui inscribebatur inter viros. Vide ad hoc verbum Suidam & Harpocrationem.

νος τοὺς ἀρίστους, καὶ μετὰ τούτων στρατευσάμενος, οὕτως ἦν ἐν τοῖς κινδύνοις, ὥστε στεφανωθῆναι καὶ πανοπλίαν λαβεῖν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ. Καίτοι τί χρὴ νομίζειν ποιεῖν τὸν τῶν μεγίστων ἐπαίνων ἄξιον; οὐ μετὰ μὲν τῶν βελτίστων ἐκ τῆς πόλεως στρατευόμενον ἀριστείων ἀξιοῦσθαι, πρὸς δὲ τοὺς κρατίστους τῶν Ἑλλήνων ἀντιστρατηγοῦντα ἐν πᾶσι τοῖς κινδύνοις αὐτὸν φαίνεσθαι περιγιγνόμενον; ἐκεῖνος τοίνυν τῶν μὲν νέος ὢν ἔτυχε, τὰ δ᾽ ἐπειδὴ πρεσβύτερος ἦν, ἔπραξε.

Μετὰ δὲ ταῦτα, τὴν μητέρα τὴν ἡμετέραν ἔγημεν. Ἡγοῦμαι γὰρ καὶ ταύτην ἀριστεῖον αὐτὸν λαβεῖν. Ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Ἱππόνικος, πλούτῳ μὲν ἦν πρῶτος τῶν Ἑλλήνων, γένει δ᾽ οὐδενὸς ὕστερος τῶν πολιτῶν, τιμώμενος δὲ καὶ θαυμαζόμενος μάλιστα τῶν ἐφ᾽ αὐτοῦ, μετὰ προικὸς δὲ πλείστης καὶ δόξης μεγίστης, ἐκδιδοὺς τὴν θυγατέρα· καὶ τοῦ γάμου τυχεῖν εὐχομένων μὲν ἁπάντων, ἀξιούντων δὲ τῶν πρώτων, τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος, κηδεστὴν ἐπεθύμησε ποιήσασθαι.

Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ὁρῶν τὴν Ὀλυμπίασι πανήγυριν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀγαπωμένην καὶ θαυμαζομένην, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπι-

---

[l. 1.] Pro καὶ velim legi ἐκεῖνος, nempè Ἀλκιβιάδης; si servetur καὶ, interpretare, etiam.

lectis, cum his profectus pater meus ità se gessit in præliis, ut ab imperatore coronâ ornaretur, & armaturam integram acciperet. Atenim quid eum agere credideris qui laudes maximas mereatur? nonne cum præstantissimis civibus militantem virtutis præmia referre, & ducentem contrà Græcorum fortissimos exercitum in omnibus pugnis existere superiorem? at ille alterum adolescens adeptus est, alterum jam natu grandior præstitit.

Post prima adolescentiæ facinora, matrem nostram uxorem duxit: quam hunc quasi novum virtutis præmium accepisse existimo. Illius enim pater Hipponicus, & opibus princeps fuit inter Græcos, & genere nemini civium inferior, & omnium suæ ætatis maximè in honore & admiratione habitus: filiam porrò elocaturus cum dote amplissimâ & inclyto nomine, quum omnes optarent nuptias illas, principes tantùm ambirent, patrem meum, delectum ex omnibus, sibi generum adjungere concupivit.

III. Circà eadem tempora quum videret Olympicam celebritatem ab omnibus amari & prædicari, ac ibi Græcos & opes suas, & vires, & ingenio-

---

[l. 8.] Pro αὐτὸν malim αὐλῶν cum Battie.

[l. 11.] Μετὰ ταῦτα, post hæc, i. e. post facinora adolescentiæ.

δείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως, καὶ τούς τε ἀθλητὰς ζηλουμένους, καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τῶν νικώντων· καὶ πρὸς τούτοις, ἡγούμενος τὰς μὲν ἐνθάδε λειτουργίας ὑπὲρ τῶν ἰδίων πρὸς τοὺς πολίτας εἶναι, τὰς δ' εἰς ἐκείνην τὴν πανήγυριν ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰς ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα γίγνεσθαι· ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, οὐδενὸς ἀφυέστερος οὐδ' ἀρρωστότερος τῷ σώματι γενόμενος, τοὺς μὲν γυμνικοὺς ἀγῶνας ὑπερεῖδεν, εἰδὼς ἐνίους τῶν ἀθλητῶν, καὶ κακῶς γεγονότας, καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντας, καὶ ταπεινῶς πεπαιδευμένους· ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶ, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε νικήσαντας ὑπερεβάλετο. Ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμὸν ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο, τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετὴν ὥστε καὶ πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος γενέσθαι· χωρὶς δὲ τούτων, ἐν ταῖς θυσίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς περὶ τὴν ἑορτὴν δαπάναις, οὕτως ἀφειδῶς διέκειτο καὶ μεγαλοπρεπῶς, ὥστε φαίνεσθαι τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων ἐλάττω τῶν ἰδίων τῶν ἐκείνου· κατέλυσε δὲ τὴν θεωρίαν, τὰς μὲν τῶν πρότερον εὐτυχίας μικρὰς πρὸς τὰς αὐτοῦ δόξας ποιήσας, τοὺς δ' ἐφ' αὐτοῦ νικήσαντας παύσας ζηλουμένους, τοῖς δὲ μέλλου-

rum dexteritatem, oſtentare, athletasque in admiratione eſſe, civitatesque eorum qui viciſſent hinc innoteſcere; prætereaque quum exiſtimaret munera quæ hîc obirentur, obiri è re privatâ ad civibus gratificandum; quæ verò in illam celebritatem fierent, nomine civitatis ad universæ Græciæ complacendum fieri: hæc, inquam, reputans, quamvis nec agilitate nec robore corporis ulli cederet, gymnica quidem certamina deſpexit, haud ignarus pugilum nonnullos & ſordido genere ortos, & in obſcuris oppidulis habitare, & inſtitutos eſſe minimè liberaliter; equos autem alere aggreſſus, quod ut opulentis hominibus convenit, ſic nemo vilis præſtare queat, non eos tantùm qui cum eó contendebant, ſed omnes qui unquam vicerant, ſuperavit. Nam & bigas immiſit tot numero, quot bigis ne maximæ quidem civitates certaverunt, & & tàm egregias ut primam ſimul & ſecundam & tertiam palmam referret. Ad hæc, in ſacrificiis, & aliis quos feriæ illæ ſolemnes requirunt ſumptibus, tantâ fuit liberalitate & magnificentiâ, ut aliorum publicæ opes illius privatis minores haberentur. Denique ſic ab illo ſpectaculo diſceſſit, ut principum virorum felicitas præ ejus gloriâ parva videretur; & qui ſuâ ipſius ætate vicerant, in admira-

[l. 23 & 24.] Καλέλυσε τὴν θεωρίαν, i. e. ἐκ τῆς θεωρίας ἀπῆλθε συν͂λελεσμένης.

σιν ἱπποτροφεῖν οὐδεμίαν ὑπερβολὴν καταλιπών. Περὶ δὲ τῶν ἐνθάδε χορηγιῶν, καὶ γυμνασιαρχιῶν, καὶ τριηραρχιῶν, αἰσχύνομαι λέγειν. Τοσοῦτο γὰρ τῶν ἄλλων διήνεγκεν, ὥσθ' οἱ μὲν ἐνδεεστέρως ἐκείνου λειτουργήσαντες, ἐκ τούτων σφᾶς αὐτοὺς ἐγκωμιάζουσιν· ὑπὲρ ἐκείνων δ' εἴτις καὶ τῶν τηλικούτων χάριν ἀπαιτοίη, περὶ τούτων ἂν δόξειε τοὺς λόγους ποιεῖσθαι.

Πρὸς δὲ τὴν πολιτείαν, οὐδὲ γὰρ τοῦτο παραλειπτέον, ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖνος αὐτῆς ἠμέλησεν· ἀλλὰ τοσούτῳ τῶν μάλιστ' εὐδοκιμησάντων ἀμείνων περὶ τὸν δῆμον ἐγεγόνει, ὅσον τοὺς μὲν ἄλλους εὑρήσεθ' ὑπὲρ αὑτῶν στασιάσαντας, ἐκεῖνον δ' ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύοντα. Οὐ γὰρ ἀπελαυνόμενος ἀπὸ τῆς ὀλιγαρχίας, ἀλλὰ παρακαλούμενος, ἦν δημοτικός. Καὶ πολλάκις ἐγγενόμενον αὐτῷ, μὴ μόνον μετ' ὀλίγων τῶν ἄλλων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν πλέον ἔχειν, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' εἵλετο ὑπὸ τῆς πόλεως ἀδικηθῆναι μᾶλλον, ἢ τὴν πολιτείαν προδοῦναι. Καὶ ταῦθ' ἕως μὲν συνεχῶς ἐδημοκρατεῖσθε, οὐδεὶς ἂν ὑμᾶς λέγων ἔπεισε· νῦν δ' αἱ στάσεις αἱ γενόμεναι σαφῶς ὑμῖν ἐπε-

[l. 7 & ſeq.] Ἐκ τούτων, ex his, nempè, ex ſumptibus Alcibiadis de quibus nunc agitur. Deindè, ἐκείνων intelligo de ſumptibus hominum nunc exiſtentium. Poſt,

tione

tione esse desinerent; & iis qui equos alituri essent in posterum, nihil quo ipsum superarent, reliquerit. Jam de ejus in hâc urbe ædilitatibus, & gymnasiarchiis & trierarchiis, dicere me pudet. Tantùm enim antecelluit ceteris, ut qui tenuiùs quàm ille munera obeunt, ex ejus magnificentiâ se posse excusari arbitrentur; & si quis gratiam repetat ob ea quæ fecit ipse, licet tantillà sint, de his quæ ille fecerit orationem habere videatur.

IV. Quòd autem ad rempublicam attinet (nec enim hoc prætermittendum est, quemadmodum eam nec ipse neglexit) adeò ceteris qui maximè habiti sunt populares, in populum benevolentior extitit, quòd alios quidem propter semetipsos seditiones excitasse, illum verò pro vobis pericula subiisse, reperietis. Non enim quum repelleretur ab oligarchiâ, sed quum ab eâ sollicitaretur, popularis fuit. Et quum ipsi sæpè licuisset non tantùm aliis imperare cum paucis, at his etiam paucis superior esse, tamen noluit, ac potius esse duxit injuriis à civitate affici quàm rempublicam prodere. Atque hæc, quamdiu vos populari statu uteremini, persuadere vobis nemo potuisset: nunc factæ sedi-

---

τηλικέτων accipio sensu diminutivo, ut sæpiùs accipitur, tantillorum, nempè, præ his quæ fecit Alcibiades. Denique; τέτων intelligo, ut suprà, de sumptibus Alcibiadis.

δείξαν καὶ τοὺς δημοτικοὺς, καὶ τοὺς ὀλιγαρχικοὺς, καὶ τοὺς οὐδετέρων ἐπιθυμοῦντας, καὶ τοὺς ἀμφοτέρων μετέχειν ἀξιοῦντας. Ἐν αἷς δὶς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ὑμετέρων ἐξέπεσε· καὶ τὸ μὲν πρότερον, ἐπειδὴ τάχιστ' ἐκεῖνον ἐκποδὼν ἐποιήσαντο, τὸν δῆμον κατέλυσαν, τὸ δ' ὕστερον, οὐκ ἔφθησαν ὑμᾶς καταδουλωσάμενοι, καὶ πρώτου τῶν πολιτῶν αὐτοῦ φυγὴν κατέγνωσαν· οὕτω σφόδρα ἥτε πόλις τῶν τοῦ πατρὸς καλῶν ἀπέλαυσε, κἀκεῖνος τῶν τῆς πόλεως συμφορῶν ἐκοινώνησε. Καίτοι πολλοὶ τῶν πολιτῶν πρὸς αὐτὸν δυσκόλως εἶχον, ὡς τυραννεῖν ἐπιχειροῦντα, οὐκ ἐκ τῶν ἔργων σκοποῦντες, ἀλλ' ἡγούμενοι τὸ μὲν πρᾶγμα ὑπὸ πάντων ζηλοῦσθαι, δύνασθαι δ' ἐκεῖνον ἂν μάλιστα διαπράξασθαι. Διὸ καὶ δικαίως ἂν αὐτῷ πλείω χάριν ἔχοιτε, ὅτι τῆς μὲν αἰτίας ταύτης μόνος τῶν πολιτῶν ἦν ἄξιος ἔχειν, τῆς δὲ πολιτείας ἴσον ᾤετο δεῖν αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις μετεῖναι.

Διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων εἰπεῖν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς, ἀπορῶ τίνος ἐν τῷ παρόντι πρέπει μνησθῆναι, καὶ ποῖα αὐτῶν χρὴ παραλιπεῖν. Ἀεὶ γάρ μοι δοκεῖ μεῖζον εἶναι τὸ μήπω πεφρασμένον τῶν ἤδη πρὸς ὑμᾶς εἰρημένων. Ἐπεὶ καὶ τοῦθ' ἡγοῦμαι πᾶσιν εἶναι φανερὸν, ὅτι τοῦτον ἀναγκαῖόν ἐστιν δυσνούστατον εἶναι ταῖς τῆς πόλεως δυστυχίαις,

tiones perſpicuè vobis oſtenderunt, qui populares, qui oligarchici, qui neutrius ſtatûs appetentes, qui utriusque cupidi fuerint. In quibus ſeditionibus bis à veſtris inimicis pulſus eſt. Ac primò quidem, ſimul atque eum removiſſent, populi autoritatem diſſolverunt; poſteriùs verò, ſtatìm poſt veſtrî oppreſſionem, primus ipſe fuit quem exilio mulctârint: uſque adeò & civitas patris mei felicitate fruebatur, & ille calamitatum civitatis fiebat particeps. Attamen multi civium ei infenſi fuerunt tanquam regnum affectanti; non hujus factis rem ſuſpicientes, ſed exiſtimantes tùm ſupremam poteſtatem expeti ab omnibus, tùm illam ipſum maximè poſſe adipiſci. Quò majorem ei gratiam meritò haberetis, quòd, quum ſolus civium dignus videretur in quem ea ſuſpicio caderet, in republicâ tamen pari & æquo jure cum ceteris vivere voluerit.

Tàm porrò multa ſunt quæ pro patre meo dicam ut dubitem cujus nunc conveniat mentionem facere, & quæ ex iis prætermittere oporteat. Mihi enim ſemper videtur id quod nondùm dictum eſt majus eſſe illis quæ jam apud vos dicta ſunt. Nam & hoc quoque nemini dubium eſſe arbitror, quin eum neceſſe ſit ſecundis rebus civitatis maximè

ᾧ τὸ πλεῖστον μέρος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν μέτεστιν. Ἐκείνου τοίνυν, εὖ μὲν πραττούσης τῆς πόλεως, τίς εὐδαιμονέστερος ἢ θαυμαστότερος ἦν τῶν πολιτῶν; δυστυχησάσης δὲ, τίς ἐλπίδων μειζόνων, ἢ χρημάτων πλειόνων, ἢ δόξης καλλίονος, ἐστερήθη; Οὐ τὸ τελευταῖον, ἐπειδὴ κατέστησαν οἱ Τριάκοντα, οἱ μὲν ἄλλοι τὴν πόλιν ἔφευγον, ἐκεῖνος δ' ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος ἐξέπεσεν; οὐ Λακεδαιμόνιοι καὶ Λύσανδρος ὁμοίως ἔργον ἐποιήσαντο ἐκεῖνον κτεῖναι καὶ τὴν ἡμετέραν καταλῦσαι δύναμιν, οὐδεμίαν ἡγούμενοι πίστιν ἕξειν παρὰ τῆς πόλεως εἰ τὰ τείχη καταβάλοιεν, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναστῆσαι δυνάμενον ἀπολέσαιεν; ὥστ' οὐ μόνον ἐξ ὧν ὑμᾶς εὖ πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν δι' ὑμᾶς κακῶς πέπονθε, ῥᾴδιον γνῶναι τὴν εὔνοιαν τὴν ἐκείνου. Φαίνεται γὰρ τῷ δήμῳ βοηθῶν, τῆς αὐτῆς πολιτείας ὑμῖν ἐπιθυμῶν, ὑπὸ τῶν αὐτῶν κακῶς πάσχων, ἅμα τῇ πόλει δυστυχῶν, τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους ὑμῖν νομίζων, ἐκ παντὸς τρόπου κινδυνεύων, τὰ μὲν ὑφ' ὑμῶν, τὰ δὲ μεθ' ὑμῶν, τὰ δὲ δι' ὑμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ὑμῶν· ἀνόμοιος πολίτης Χαρικλεῖ τῷ τούτου κηδεστῇ γενόμενος, ὃς τοῖς μὲν πολεμίοις δουλεύειν ἐπεθύμει, τῶν δὲ πολιτῶν ἄρχειν ἠξίου, καὶ φεύγων μὲν ἡσυχίαν ἦγε, κατελθὼν δὲ κακῶς ἐποίει τὴν πόλιν. Καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ἢ

gaudere, ad quem pars maxima ipſius bonorum & malorum redit. Quis autem, florente republicâ, inter omnes cives eo fuit vel felicior vel admirabilior? quis, eadem afflictâ, vel ſpe majore, vel pluribus opibus, vel ampliore gloriâ, eſt orbatus? Annon poſtremò, triginta tyrannis imperantibus, alii urbe duntaxat exulârunt, ipſe totâ Græciâ exterminatus eſt? Annon Lacedæmonii & Lyſander non minùs laborârunt de eo perimendo quàm de veſtrâ potentiâ deſtruendâ; exiſtimantes, muris etiam dirutis, ſe noſtræ civitati fidere nihil poſſe, niſi & eum qui eos inſtaurare poſſet, perdidiſſent. Adeò ut non ſolùm ex iis beneficiis quæ in vos contulit, verùm etiam ex iis malis quæ propter vos paſſus eſt, facile ſit ipſius benevolentiam perſpicere. Conſtat enim eum populo opem tuliſſe, eumdem quem voſmet reipublicæ ſtatum expetiviſſe, ab iiſdem afflictum eſſe, unà cum civitate infelicem fuiſſe, eoſdem quos vos ipſi & amicos & inimicos judicaſſe, omnique modo pericula ſubiiſſe, partìm à vobis, partìm vobiſcum, partìm propter vos, partìm pro vobis: civis certè omninò diſſimilis Charicli, iſtius affini, qui ſervire hoſtibus, civibus imperare voluit; qui exul vitam egit in otio, reverſus civitatem moleſtavit. Quis autem

Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό γ' ἕξουσιν εἰπεῖν, ὡς εὖ μὲν πράττοντος Θρασυλόχου, ταῦτα πάνθ' ὑπέμεινα, δυστυχήσαντα δ' αὐτὸν ἐπέλιπον. Ἐν αὐτοῖς γὰρ τούτοις ἔτι σαφέστερον καὶ μᾶλλον ἐπεδειξάμην τὴν εὔνοιαν ἣν εἶχον εἰς ἐκεῖνον. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς Αἴγιναν κατοικησάμενος, ἠσθένησε ταύτην τὴν νόσον ἐξ ἧς ἀπέθανεν, οὕτως αὐτὸν ἐθεράπευσα, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποθ' ἕτερος ἕτερον, τὸ μὲν πλεῖστον τοῦ χρόνου πονηρῶς μὲν ἔχοντα, περιϊέναι δ' οὐ δυνάμενον, ἓξ δὲ μῆνας συνεχῶς ἐν τῇ κλίνῃ κείμενον. Καὶ τούτων τῶν ταλαιπωριῶν οὐδεὶς τῶν συγγενῶν μεταλαχεῖν ἠξίωσεν, ἀλλ' οὐδ' ἐπισκεψόμενος ἀφίκετο, πλὴν τῆς μητρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς, αἳ πλέον θάτερον ἐποίησαν. Ἀσθενοῦσαι γὰρ ἦλθον ἐκ Τροιζῆνος ὥστ' αὐταὶ θεραπείας ἐδέοντο. Ἀλλ' ὅμως ἐγώ, τοιούτων τῶν ἄλλων περὶ αὐτὸν γεγενημένων, οὐκ ἀπέστην, οὐδ' ἀπεῖπον, ἀλλ' ἐνοσήλευον αὐτὸν μετὰ παιδὸς ἑνός, οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκετῶν οὐδεὶς ὑπέμεινε. Καὶ γὰρ φύσει χαλεπὸς ὤν, ἔτι δυσκολώτερον διὰ τὴν νόσον διέκειτο. Ὥστ'

[l. 17.] Θάτερον, alterum, nempè, malum : quæ majus fecerunt alterum è malis. Alterum è malis, cura-

Nam dùm illi obsequens Trœzene vivo peregrinus, iis calamitatibus afflictus sum quarum nunquam potero oblivisci.

3°. Jam ne illud quidem possint dicere, me in rebus secundis Thrasylochi hæc omnia subiisse, atque eumdem in adversis deseruisse. Nam in his ipsis evidentiùs etiam & certiùs declaravi quantâ eum benevolentiâ prosequerer. Quum enim Æginam se habitatum contulisset, ac in eum morbum incidisset quo periit, sic eum curavi, ut haud scio an quisquam alius alium unquam; maximam quidem temporis partem ità malè affectum ut prodire in publicum non valeret; sex autem menses perpetuos in lecto decumbentem. Et harum miseriarum quisquam cognatorum illius particeps esse adeò non voluit, ut nec ullus quidem inviserit, præter matrem ejus & sororem, quæ auxerunt etiam meas molestias. Nam ægrotæ Trœzene advenientes, & ipsæ curatione indigebant. Ego tamen, quum ceteri tales ergà illum essent, eum non deserui, nec defatigatus sum; sed cum unico puero curavi ægrotantem, quem nec famulorum quisquam tolerare poterat, cùm naturâ satis asperum, tùm ex morbo longè factum morosiorem. Quare non hoc mirum

tionem Thrasylochi; majus fecerunt, additâ suâ ipsarum curatione.

προσδιεφθάρησαν. Πρὸς οὓς ἐγὼ τοιαῦτ᾽ ἀπεκρινάμην, ὅτι πολὺ ἂν θᾶττον ἑλοίμην ἀποθανεῖν, ἢ κεῖνον περιιδεῖν δι᾽ ἔνδειαν τοῦ θεραπεύσοντος πρὸ μοίρας τελευτήσαντα.

Καὶ τοιούτῳ μοι γεγενημένῳ τετόλμηκεν ἀμφισβητεῖν τῶν χρημάτων ἣ μηδ᾽ ἐπισκέψασθαι πώποτ᾽ αὐτὸν ἀξιώσασα, τοσοῦτον μὲν χρόνον ἀσθενήσαντα, πυνθανομένη δὲ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ὡς διέκειτο, ῥᾳδίας δ᾽ οὔσης αὐτῇ τῆς πορείας; εἶτα νῦν ἀδελφίζειν αὐτὸν ἐπιχειρήσουσιν, ὡς οὐχ ὅσῳ ἂν οἰκειότερον προσείπωσι τὸν τεθνεῶτα, τοσούτῳ δόξουσιν εἰς αὐτὸν μείζω καὶ δεινότερα ἐξαμαρτάνειν; ἥ τις, ἐπειδὴ ἐτελεύτα τὸν βίον, ὁρῶσα τοὺς πολίτας τοὺς ἡμετέρους ὅσοιπερ ἦσαν ἐν Τροιζῆνι, διαπλέοντας εἰς Αἴγιναν, ἵν᾽ αὐτὸν συγκαταθάψειαν, οὐδ᾽ εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν ἀπήντησεν· ἀλλ᾽ οὕτως ὠμῶς καὶ σχετλίως εἶχεν, ὥστ᾽ ἐπὶ μὲν τὸ κῆδος οὐκ ἠξίωσε παραγενέσθαι, τῶν δὲ καταλειφθέντων, οὐδὲ δέχ᾽ ἡμέρας διαλιποῦσα, ἦλθεν ἀμφισβητήσουσα· ὥσπερ τῶν χρημάτων, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνου, συγγενὴς οὖσα. Καὶ εἰ μὲν ὁμολογήσει τοσαύτην ἔχθραν ὑπάρχειν αὐτῇ πρὸς ἐκεῖνον ὥστ᾽ εἰκότως ταῦτα ποιεῖν, οὐκ ἂν κακῶς εἴη βεβουλευμένος, καὶ τοῖς

[l. 10 & 11.] Ἐπιχειρήσουσιν hîc nota oratorem dare

inserviſſent, ipſos unà periiſſe. Quibus ego hæc reſpondebam, me longè malle emori, quàm committere ut ille curatore egens, antè diem moreretur.

4°. Ac mecum ſanè qui talis fui ergà Thraſylochum, de opibus contendere auſa eſt iſta, quæ in tàm diuturno morbo nunquam illum inviſere dignata eſt, quum audiret quotidie quomodo ille ſe haberet, & iter ipſi tàm eſſet expeditum. Nunc demùm illum fratris nomine compellare aggreditur; quaſi verò non, quantò familiariùs mortuum compellârit, tantò majora & acerbiora in illum deliquiſſe videbitur! Quæ, poſtquam ille vitam finivit, noſtros cives conſpicata, quotquot Trœzene erant, Æginam navigare, ut ejus funera concelebrarent, ne hoc quidem tempore advenit, ſed ità fuit crudelis & immanis, ut juſtis quidem perſolvendis non intereſſet; de bonis autem relictis, antequam decem dies exiiſſent, venerit motura controverſiam, quaſi pecuniæ, non homini, cognata extitiſſet. Quæ ſi fatebitur ſibi cum eo tantas inimicitias interceſſiſſe ut jure iſta fecerit, non malè

---

pluralem numerum maſculinum pro ſingulari feminino, & deindè l. 13 reſumere femininum ſingularem ἥ τις....

φίλοις ἠβουλήθη μᾶλλον ἢ ταύτῃ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν. Εἰ δὲ, μηδεμιᾶς διαφορᾶς οὔσης, οὕτως ἀμελὴς καὶ κακὴ περὶ αὐτὸν ἐγένετο, πολὺ ἂν δή που δικαιότερον στερηθείη τῶν αὐτῆς, ἢ τῶν ἐκείνου κληρονόμος γένοιτο. Ἐνθυμεῖσθε δ' ὅτι τὸ μὲν ταύτης μέρος, οὔτ' ἐν τῇ νόσῳ θεραπείας ἔτυχεν, οὔτ' ἀποθανὼν τῶν νομιζομένων ἠξιώθη· δι' ἐμὲ δ' ἀμφότερ' αὐτῷ ταῦτα γεγένηται. Καίτοι δίκαιον ὑμᾶς ἐστι τὴν ψῆφον φέρειν, οὐκ εἴ τινες γένει μὲν προσήκειν φασὶν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις ὅμοιοι τοῖς ἐχθροῖς γεγόνασιν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ὅσοι μηδ' ὄνομα συγγενείας ἔχοντες, οἰκειοτέρους σφᾶς αὐτοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς τῶν ἀναγκαίων παρέχον.

Λέγουσι δὲ ὡς τὰς μὲν διαθήκας οὐκ ἀπιστοῦσι Θρασύλοχον καταλιπεῖν, οὐ μέντοι καλῶς οὐδ' ὀρθῶς αὐτὰς ἔχειν. Καίτοι, ὦ ἄνδρες Αἰγινῆται, πῶς ἄν τις ἄμεινον ἢ μᾶλλον συμφερόντως περὶ τῶν αὑτοῦ πραγμάτων ἐβουλεύσατο; ὃς οὔτ' ἔρημον τὸν οἶκον κατέλιπε, τοῖς τε φίλοις χάριν ἀπέδωκεν, ἔτι δὲ τὴν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν οὐ μόνον τῶν αὑτοῦ κυρίας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐμῶν κατέστησε, τὴν μὲν ἐμοὶ συνοικίσας, τῆς δὲ υἱόν με εἰσποιήσας;

[l. 9.] Post ψῆφον φέρειν subaudi ὑπὲρ τούτων.

ſibi conſuluit, ſi ſuas opes amicis maluit quàm iſti relinquere. Sin, quum nihil diſſidii inter ipſos eſſet, ità negligens & improba in illum fuerit, multò certè æquiùs ſuis ipſa bonis ſpoliaretur, quàm bonorum illius hæres fieret. Vobiſcum porrò reputate illum, quantum in iſtâ fuit, neque ægrotantem curatum fuiſſe, neque mortuum juſta obtinuiſſe: quæ utraque per me ipſi contigerunt. Atqui æquum eſt vos in ſententiâ ferendâ ſpectare, non ſi qui ſe genere proximos eſſe dicunt, reipsâ ſe præbuerunt inimicos; ſed multò potiùs quicumque cognationis nomen non habentes, ſe amiciores in calamitatibus, quàm ipſi cognati, præſtiterunt.

REFUTATIO.

1°. Ac teſtamentum hoc non negant eſſe relictum à Thraſylocho, ſed benè & rectè factum eſſe negant. Verùm, Æginetæ, quî fieri poteſt ut quiſquam ſuis rebus meliùs aut utiliùs conſulat, quàm ille qui nec familiam ſuam extingui paſſus fuerit, nec amicis gratiam non retulerit; qui præterea matri ſororique ſuæ, non ſuam rem familiarem duntaxat, ſed etiam mea tradiderit, quum alteram uxorem mihi daret, alteri me adoptaret? An ille

[l. 23.] Vulg. συνοικήσας, legi συνοικίσας cum Battie & edit. Baſ.

Ἆρα γὰρ ἐκεῖνος ἄμεινον ἂν ἔπραξεν, εἰ μήτε τῆς μητρὸς τὸν ἐπιμελησόμενον κατέστησε, μήτ' ἐμοῦ μηδεμίαν μνείαν ἐποιήσατο, τήν τ' ἀδελφὴν ἐπὶ τῇ τύχῃ κατέλιπε, καὶ τὸν οἶκον τὸν αὑτοῦ ἀνώνυμον γενόμενον περιεῖδεν;

Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἀνάξιος ἦν υἱὸς εἰσποιηθῆναι Θρασυλόχῳ, καὶ λαβεῖν αὐτοῦ τὴν ἀδελφήν. Ἀλλὰ πάντες ἂν μαρτυρήσειαν Σίφνιοι, τοὺς προγόνους τοὺς ἐμοὺς, καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, καὶ δόξῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, πρώτους εἶναι τῶν πολιτῶν. Τίνες γὰρ ἢ μειζόνων ἀρχῶν ἠξιώθησαν, ἢ πλείω χρήματα εἰσήνεγκαν, ἢ κάλλιον ἐχορήγησαν, ἢ μεγαλοπρεπέστερον τὰς ἄλλας λειτουργίας ἐλειτούργησαν; ἐκ ποίας δὲ οἰκίας τῶν ἐν Σίφνῳ πλεῖστοι βασιλεῖς γεγόνασιν; ὥστε καὶ Θρασύλοχός τε, εἰ καὶ μηδεπώποτ' αὐτῷ διελέχθην, εἰκότως ἂν ἐβουλήθη μοι διὰ ταῦτα δοῦναι τὴν ἀδελφήν· ἐγώ τ', εἰ καὶ τούτων μηδὲν ὑπῆρχεν, ἀλλὰ καὶ φαυλότατος ἦν τῶν πολιτῶν, δικαίως ἂν παρ' αὐτοῦ διὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς εἰς ἐκεῖνον, τῶν μεγίστων ἠξιώθην.

Οἶμαι τοίνυν αὐτὸν, καὶ Σωπόλιδι τῷ ἀδελφῷ μάλιστα κεχαρίσθαι, ταῦτα διαθέμενον. Καὶ

[l. 15.] Πλεῖστοι βασιλεῖς, plurimi reges, i. e. ut mihi quidem videtur, plurimi summi magistratus. Arbi-

rectiùs fecisset, si neqne matri constituisset curatorem, nec ullam meî fecisset mentionem, & sororem suam commisisset fortunæ arbitrio, nomenque gentilitium sivisset prorsùs aboleri?

2°. Ac fortasse indignus eram qui filius Thrasylocho adoptarer, & sororem ejus haberem. Verùm omnes Siphnii testabuntur majores meos & genere & opibus & gratiâ & ceteris omnibus principes esse civitatis. Quî enim vel ampliores magistratus obtinuerunt, vel plus pecuniæ contulerunt, vel choregias præclariùs gesserunt, vel reliqua munera magnificentiùs obierunt? è quâ Siphni familiâ plures extiterunt reges? Quare Thrasylochus, etiamsi nunquam cum eo collocutus fuissem, haud injuriâ propter hæc mihi sororem suam dare voluisset; & ego, tametsi nihil esset horum, atque civium essem vilissimus, jure tamen, propter collata in ipsum beneficia, maxima quæque ab eo essem consecutus.

Digressio in Sopolidem, Thrasylochi fratrem, etiam defunctum: illius debita in adversariam odia, suaque in illum merita commemorantur.

Arbitror autem eum, testamento hoc facto, etiam fratri Sopolidi rem fecisse gratissimam, qui

---

tror enim apud civitatem Siphniam summos magistratus βασιλεῖς vocari.

γὰρ ἐκεῖνος ταύτην μὲν ἐμίσει, καὶ κακόνουν τοῖς αὑτοῦ πράγμασιν ἐνόμιζεν, ἐμὲ δὲ περὶ πλείστου τῶν αὑτοῦ φίλων ἐποιεῖτο. Ἐδήλωσε δ' ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ ὅτ' ἔδοξε τοῖς συμφυγάσιν ἐπιχειρεῖν τῇ πόλει μετὰ τῶν ἐπικούρων. Αἱρεθεὶς γὰρ ἄρχων αὐτοκράτωρ, ἐμὲ καὶ γραμματέα προείλετο, καὶ τῶν χρημάτων ταμίαν κατέστησε· καὶ ὅτε ἐμέλλομεν κινδυνεύειν, αὐτὸς αὑτῷ με παρετάξατο. Καὶ σκέψασθ', ὡς σφόδρ' αὐτῷ συνήνεγκε. Δυστυχησάντων γὰρ ἡμῶν ἐν τῇ προσβολῇ τῇ πρὸς Σίφνον, καὶ τῆς ἀναχωρήσεως οὐχ οἵας ἠβουλόμεθα γιγνομένης, τετρωμένον αὐτὸν καὶ βαδίζειν οὐ δυνάμενον, ἀλλὰ λειποψυχοῦντα, ἀπεκόμισα ἐπὶ τὸ πλοῖον μετὰ τοῦ θεράποντος τοῦ ἐμοῦ, φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων· ὥστ' ἐκεῖνον πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς εἰπεῖν, ὅτι μόνος ἀνθρώπων αἴτιος εἴην αὐτῷ τῆς σωτηρίας. Καίτοι τίς ἂν ταύτης μείζων εὐεργεσία γένοιτο; Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς Λυκίαν ἐκπλεύσας ἀπέθανεν, αὕτη μὲν οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον μετὰ τὴν ἀγγελίαν ἔθυε, καὶ ἑώρταζε, καὶ οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν ᾐσχύνετο τὸν ἔτι ζῶντα, οὕτως ὀλίγον φροντίζουσα τοῦ τεθνεῶτος. Ἐγὼ δὲ ἐπένθουν αὐτὸν, ὥσπερ τοῖς οἰκείοις νόμος ἐστί. Καὶ ταῦτα πάντ' ἐποίουν διὰ τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ, καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς ἐκείνους, ἀλλ' οὐ ταύτης τῆς δίκης ἕνεκα. Οὐ γὰρ ᾤμην αὐτοὺς οὕτω δυστυχή-

& ipse istam oderat, sibique malè velle existimabat, & me inter amicos omnes faciebat maximi. Quod cùm sæpè aliàs, tùm verò imprimis declaravit, quum exilii sociis visum est cum copiis auxiliaribus urbem invadere. Dux enim cum summâ potestate creatus, me & scribam delegit, & constituit quæstorem, & prælium commissurus juxtà se in acie collocavit. Ac quantùm hoc illi profuerit, considerate. Nam quum Siphni oppugnatio nobis non successisset, neque ità uti volebamus recederemus, eum tàm graviter vulneratum ut ambulare non posset, ac viribus deficientem, cum famulo meo humeris impositum, ad navem deportavi. Quare ille sæpiùs & coram multis dixit me solum ex omnibus illi salutis autorem fuisse. Atqui quodnam hoc majus beneficium esse potest? Deindè quum in Lyciam navi vectus mortuus esset, ista paucis diebus post acceptum de obitu ejus nuntium, sacrificabat, & festum diem celebrabat; nec eam fratris adhuc viventis puduit, quòd casum defuncti tàm leviter ferret. Ego verò sic eum lugebam, ut lugere cognatos moris est. Et hæc faciebam omnia ex ingenio meo, & propter illorum amicitiam, non hujus judicii causâ. Non enim putabam eos

---

[l. 9.] Ad συνήνεγκε subaudi τοῦτο, nisi mavis legere αὐτῷ & subaudire αὐτὸς, quantùm sibi ipse profuerit ità agendo.

σειν, ὥστ᾽ ἄπαιδας ἀμφοτέρους τελευτήσαντας εἰς ἔλεγχον καταστήσειν, ὁποῖός τις ἡμῶν ἕκαστος ἐγένετο περὶ αὐτούς.

Πρὸς μὲν οὖν Θρασύλοχόν τε καὶ Σωπόλιν, ὡς αὐτή τε κἀγὼ διεκείμεθα, σχεδὸν ἀκηκόατε. Τρέψονται δ᾽ ἴσως ἐπ᾽ ἐκεῖνον τὸν λόγον ὅσπερ αὐτοῖς λοιπός ἐστιν, ὡς Θρασύλοχος, ὁ πατὴρ ταύτης, ἡγοῖτ᾽ ἂν δεινὰ πάσχειν, εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι περὶ τῶν ἐνθάδε γινομένων, ὁρῶν τὴν μὲν θυγατέρα ἀποστερουμένην τῶν χρημάτων, ἐμὲ δὲ κληρονόμον ὧν αὐτὸς ἐκτήσατο γινόμενον.

Ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι μὲν οὐ περὶ τῶν πάλαι τεθνεώτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἔγγιστα τὸν κλῆρον καταλιπόντων, προσήκειν ἡμῖν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι. Θρασύλοχος μὲν γὰρ, οὕσπερ αὐτὸς ἐβούλετο, τούτους κυρίους τῶν αὐτοῦ κατέλιπε· δίκαιον δὲ καὶ Θρασυλόχῳ τὰ αὐτὰ ταῦτ᾽ ἀποδοθῆναι παρ᾽ ὑμῶν, καὶ γενέσθαι διαδόχους αὐτοῦ τῆς κληρονομίας, μὴ ταύτην, ἀλλ᾽ οἷς ἐκεῖνος διέθετο. Οὐ μέν τ᾽ ἄν μοι δοκῶ φυγεῖν οὐδὲ τὴν Θρασυλόχου γνώμην. Οἶμαι γὰρ αὐτὸν πάντων ἂν γενέσθαι ταύτῃ χαλεπώτατον δικαστὴν, εἴπερ αἴσθοιτο οἷα περὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ γεγένηται· καὶ πολλοῦ ἂν δεήσειεν ἀχθεσθῆναι κατὰ τοὺς νόμους ὑμῶν ψηφισα-

[l. 3.] Ἐγένετο deest in Aldo & cod. X.

ità infelices fore, ut ſine liberis uterque mortui, hoc probandum relicturi eſſent, qualis unuſquiſque noſtrûm ergà ipſos fuiſſet.

3°. Ac quemadmodum ergà Thraſylochum & Sopolidem illa & ego affecti fuerimus, ferè audiviſtis. Fortaſſis autem ad hanc orationem ſe convertent quæ eis reliqua eſt, Thraſylochum nempè iſtius mulieris patrem, ſi quis ſenſus ſit defunctis rerum quæ hîc gerantur, exiſtimaturum iniquiſſimè ſecum agi, ſi viderit filiam hæreditate ſuâ fraudatam, & me hæredem factum eſſe earum opum quas ipſe comparavit.

Ego verò cenſeo non de jam olim defunctis, ſed de iis qui hæreditatem proximè reliquerunt, verba nobis eſſe facienda. Thraſylochus enim pater, quos voluit ipſe, bonorum hæredes reliquit. Æquum autem eſt idèm jus à vobis Thraſylocho filio dari, & in hæreditate illi ſuccedere, non iſtam, ſed quos ipſe teſtamento ſucceſſores deſignavit. Neque tamen mihi videtur fugiendum eſſe etiam Thraſylochi patris judicium. Illum enim arbitror judicem contrà iſtam omnium acerrimum fore, ſi intelligeret qualis in liberos ipſius ea fuerit; atque adeò non indignaturum ſi vos ſecundùm leges ſenten-

---

[l. 15.] Θρασύλοχος, nempè, ὁ πάτηρ.

[l. 17.] Θρασυλόχῳ, nempè, τῷ ὑιῷ.

[l. 20 & 21.] Θρασυλόχου, ſcilicet τοῦ πατρός.

μένων, ἀλλὰ πολὺ ἂν μᾶλλον εἰ τὰς τῶν παίδων διαθήκας ἀκύρους ἑώρα γεγενημένας. Καὶ γὰρ εἰ μὲν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν δεδωκὼς ἦν Θρασύλοχος τὴν οὐσίαν, τοῦτ' ἂν ἐπιτιμᾶν εἶχον αὐτῷ· νῦν δ' εἰς τὸν αὑτοῦ εἰσεποιήσατο, ὥστ' οὐκ ἐλάττω τυγχάνουσιν εἰληφότες ὧν δεδώκασι. Χωρὶς δὲ τούτων, οὐδένα μᾶλλον εἰκός ἐστιν ἢ Θρασύλοχον εὔνουν εἶναι τοῖς κατὰ δόσιν ἀμφισβητοῦσι. Καὶ γὰρ αὐτὸς καὶ τὴν τέχνην ἔμαθε παρὰ Πολεμαινέτου τοῦ μάντεως, καὶ χρήματα ἔλαβεν, οὐ κατὰ γένος, ἀλλὰ δι' ἀρετήν. Ὥστ' οὐκ ἂν δή που φθονήσειεν, εἴ τις περὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ χρηστὸς γενόμενος, τῆς αὐτῆς δωρεᾶς τύχοι ἧσπερ ἐκεῖνος ἠξιώθη.

Μεμνῆσθαι δὲ χρὴ καὶ τῶν ἐν ἀρχῇ ῥηθέντων· ἐπέδειξα γὰρ ὑμῖν αὐτὸν οὕτω περὶ πολλοῦ τὴν ἡμετέραν οἰκειότητα ποιησάμενον, ὥστε γῆμαι καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἀνεψιάν. Καίτοι, τίσιν ἂν θᾶττον τὴν αὑτοῦ θυγατέρα ἐξέδωκεν, ἢ τούτοις παρ' ὧνπερ αὐτὸς λαμβάνειν ἠξίωσεν; ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἥδιον υἱὸν εἶδεν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους εἰσποιηθέντα μᾶλλον, ἢ ταύτης ἐξ ἧσπερ φύσει παῖδας ἐζήτησεν αὑτῷ γενέσθαι;

[l. 5.] Ad εἰσεποιήσατο, sub. ἐμέ.

tiam

tiam tuleritis, ut id longè iniquiore animo ferret, ſi teſtamentum videret à filio ſuo factum irritum fieri. Nam ſi Thraſylochus facultates ſuas meæ familiæ tradidiſſet, in eo fortaſſis ipſum poſſent reprehendere. Nunc in ſuam ipſius familiam me adoptavit, ità ut non pauciora acceperint quàm dederunt. Jam, his omiſſis, neminem veriſimilius eſt quàm patrem Thraſylochum benevolum eſſe iis qui de donatione in judicio contendunt. Nam ipſe artem didicit ab haruſpice Polemenæto, & pecunias accepit non jure cognationis, ſed ratione virtutis. Quare nemini invidebit, qui, de ipſius liberis benè meritus, eodem beneficio quod ipſe adeptus fuit, afficiatur.

Reminiſci autem oportet & ea quæ in principio dicta ſunt. Illum enim oſtendi noſtram neceſſitudinem tanti feciſſe, ut patris mei & ſororem & conſobrinam duxerit. Quibus igitur filiam ſuam libentiùs deſpondiſſet, quàm iis à quibus ipſe potiſſimùm uxorem accipere voluit? è quâ porrò familiâ maluiſſet filium ſibi adoptatum juxtà leges, quàm ex quâ liberos ſibi naturâ dari expetivit?

[l. 21.] Admiſi ἥδιον quod obtulit D. Valkenaer pro ἴδιον quod habet vulg. nullo ſenſu. Nam quis unquam, ait ille, dixerit, ἴδιον υἱὸν εἰσποιηθέντα? Ceterùm comparativus cum μᾶλλον pleonaſmus eſt uſitatus & multis exemplis confirmatus.

Ὥστ' ἐὰν μὲν ἐμὸν ψηφίσησθε τὸν κλῆρον, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὑμῖν καλῶς ἕξει, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, οἷς προσήκει τι τούτων τῶν πραγμάτων. Ἢν δ' ὑπὸ ταύτης πεισθέντες, ἐξαπατηθῆτε, οὐ μόνον ἐμὲ ἀδικήσετε, ἀλλὰ καὶ Θρασύλοχον τὸν τὴν διαθήκην καταλιπόντα, καὶ Σώπολιν, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐκείνου ἣ νῦν ἐμοὶ συνοικεῖ, καὶ τὴν μητέρα αὐτῶν, ἣ πασῶν ἂν εἴη δυστυχεστάτη γυναικῶν, εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσειεν αὐτῇ στέρεσθαι τῶν παίδων, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' αὐτῇ προσγένοιτο, ὥστ' ἐπιδεῖν ἄκυρον μὲν τὴν ἐκείνων γνώμην οὖσαν, ἔρημον δὲ τὸν οἶκον γιγνόμενον, καὶ τὴν μὲν ἐπιχαίρουσαν τοῖς αὐτῆς κακοῖς, ἐπιδικαζομένην τῶν χρημάτων, ἐμὲ δὲ μὴ δυνάμενον μηδενὸς τῶν δικαίων τυχεῖν, ὃς τοιαῦτ' ἔπραξα περί τε ἐκεῖνον καὶ τὰ ἐκείνου σώσας, ὥστ' εἴ τις σκοποῖτο μὴ πρὸς ταύτην, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πώποτε κατὰ δόσιν ἀμφισβητήσαντας, εὑρεθείην ἂν οὐδενὸς χείρων αὐτῶν περὶ τοὺς φίλους γεγενημένος. Καί τοι χρὴ τοὺς τοιούτους τιμᾶν, καὶ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι πολὺ μᾶλλον, ἢ τὰς ὑφ' ἑτέρων δεδομένας δωρεὰς ἀφαιρεῖσθαι. Ἄξιον δ' ἐστὶ καὶ τῷ νόμῳ βοηθεῖν καθ' ὃν ἔξεστιν ἡμῖν καὶ παῖδας εἰσποιήσασθαι, καὶ βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἡμετέ-

[l. 2.] Ὑμῖν καλῶς ἕξει, hoc vobis benè erit, i. e.

PERORATIO.

Itaque, ſi mihi adjudicaveritis hæreditatem, rem gratam facietis, & illi, & ceteris omnibus ad quos hæc negotia aliquâ ex parte attinent. Si verò iſtius oratione decepti fueritis, non mihi tantùm facietis injuriam, ſed & Thraſylocho qui teſtamentum reliquit, & Sopolidi, & ſorori illius quam nunc uxorem habeo; & eorum matri, quæ omnium mulierum infeliciſſima fuerit, ſi, præter orbitatem, in id quoque inciderit malum, ut liberûm ſuorum voluntatem infirmari, & familiam extingui videat, & iſtam quidem malis ipſius inſultantem pecunias judicio obtinere; me verò nihil æqui impetrare poſſe, qui ità me geſſi, ſervatis & Thraſylocho & ipſius bonis, ut, ſi quis me conferat non cum iſtâ, ſed cum iis qui unquam ex donatione hæreditatem petierunt, repertus fuerim nemine eorum ergà amicos deterior. Atqui tales honorare decet & magnifacere, multò magis quàm dona ab aliis data eripere. Convenit & vos eam legem defendere per quam nobis & liberos adoptare licet, & de noſtris fortunis noſtro arbitratu ſtatuere; id

benè facietis.

[l. 15 & 16.] Vulg. ἔπραξα περὶ τοὺς ἐκεῖνον σώσαντας, quod quum nullum ſenſum exhiberet, emendavi ex meo ut legitur.

ερον αὐτῶν· ἐνθυμηθέντας ὅτι τοῖς ἐρήμοις τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ παίδων οὗτός ἐστιν ὁ νόμος. Διὰ γὰρ τοῦτον καὶ οἱ συγγενεῖς, καὶ οἱ μηδὲν προσήκοντες, μᾶλλον ἀλλήλων ἐπιμελοῦνται.

Ἵνα δὲ παύσωμαι λέγων, καὶ μηκέτι πλείονα χρόνον διατρίβω, σκέψασθ' ὡς μεγάλα καὶ δίκαια ἥκω πρὸς ὑμᾶς ἔχων· πρῶτον μὲν φιλίαν πρὸς τοὺς καταλιπόντας τὸν κλῆρον, παλαιὰν καὶ πατρικὴν, καὶ πάντα τὸν χρόνον διατελέσασαν· ἔπειτα εὐεργεσίας πολλὰς καὶ μεγάλας, καὶ περὶ δυστυχοῦντας ἐκείνους γεγενημένας· πρὸς δὲ τούτοις, διαθήκας παρ' αὐτῶν τῶν ἀντιδίκων ὁμολογουμένας· ἔτι δὲ νόμον ταύτης βοηθοῦντα, ὃς δοκεῖ τοῖς Ἕλλησι καλῶς κεῖσθαι. Τεκμήριον δὲ μέγιστον. Περὶ μὲν γὰρ ἄλλων διαφέρονται, περὶ δὲ τούτου πάντες ταυτὰ γινώσκουσι. Δέομαι οὖν ὑμῶν καὶ τούτων μεμνημένους, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰρημένων, τὰ δίκαια ψηφίσασθαι, καὶ τοιούτους μοι γενέσθαι δικαστὰς οἵωνπερ ἂν αὐτοὶ τυχεῖν ἀξιώσητε.

cogitantes orbis hominibus hanc legem loco liberorum esse. Per hanc enim & cognati, & nullâ necessitudine inter se conjuncti, alii alios magis curant.

Ut autem loqui desinam, neque diutiùs his immorer, considerate quanta & quàm justa ad vos afferam : primùm quidem amicitiam ergà illos qui hæreditatem reliquerunt, veterem & à patribus acceptam, & sine ullâ intermissione ad finem perductam; deindè multa & magna beneficia, & in illos dùm calamitosi erant collata; testamentum præterea ab ipsis adversariis non negatum; legem denique huic testamento suffragantem, & Græcis omnibus probatam : cujus rei maximum illud argumentum est, quòd, quum aliis de rebus dissentiant, de hâc idem omnes statuunt. Vos igitur orò ut, & hæc, & cetera quæ dicta sunt, recordati, justa & æqua decernatis, & tales mihi sitis judices, quales vobis alios esse cuperetis.



ANALYSIS ORATIONIS CONTRA LOCHITEM.

ORATIO contrà Lochitem nihil aliud est quàm peroratio quædam orationis forensis in quâ vir plebeius id evincere debuit se à Lochite verberatum fuisse cum contumeliâ.

In hâc peroratione actor 1°. acriter contendit quanti intersit præsertìm in democratiis eos punire qui vim inferunt.

2°. Occurrit adversario rem extenuanti per vulneris levitatem, dicitque spectanda esse non ipsa verbera, sed verberantis animum, & contumeliam factam.

3°. Ostendit quàm fœdos miserosque exitus inter homines vis illata plerumque habeat, quò attentiùs & severiùs hæc præverti debet.

4°. Eò acerbiori supplicio vis coercenda est quòd ad omnes pertineat, & eam experiri possint ii ipsi qui nunc judicant.

5°. Ipsa actoris plebeia conditio adeò pœnam minuere

non debet, ut etiam augere debeat. Commendatur democratica æqualitas.

6°. Incitantur judices ad ſeverè animadvertendum in Lochitem, & advocatur quisquis volet injuriâ affecto patrocinari.





ΚΑΤᾺ ΤΟΥ͂

ΛΟΧΊΤΟΥ

ΛΌΓΟΣ.

Ὡς μὲν τοίνυν ἔτυπτέ με Λοχίτης, ἄρχων χειρῶν ἀδίκων, ἅπαντες ὑμῖν οἱ παρόντες μεμαρτυρήκασι.

Τὸ δ' ἁμάρτημα τοῦτο οὐχ ὅμοιον δεῖ νομίζειν τοῖς ἄλλοις, οὐδὲ τὰς τιμωρίας ἴσας ποιεῖσθαι περί τε τοῦ σώματος καὶ τῶν χρημάτων, ἐπισταμένους ὅτι τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις οἰκειότατόν ἐστι, καὶ τούς τε νόμους ἐθέμεθα, καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας μαχόμεθα, καὶ τῆς δημοκρατίας ἐπιθυμοῦμεν, καὶ τἆλλα πάντα τὰ περὶ τὸν βίον ἕνεκεν τούτου πράττομεν. Ὥστ' εἰκός ἐστιν ὑμᾶς, τοὺς περὶ τοῦτ' ἐξαμαρτάνοντας ὃ περὶ πλείστου ποιεῖσθε, τῇ μεγίστῃ ζημίᾳ κολάζειν.

Εὑρήσετε δὲ καὶ τοὺς θέντας ἡμῖν τοὺς νόμους, ὑπὲρ τῶν σωμάτων μάλιστα σπουδάσαντας. Πρῶτον μὲν γὰρ περὶ μόνου τούτου τῶν ἀδικημάτων καὶ

[l. 1 & 2.] Ἄρχων χειρῶν ἀδίκων, incipiens injustis



CONTRA LOCHITEM ORATIO.

ME igitur à Lochite percussum fuisse, nullâ injuriâ lacessito, omnes qui adfuerunt rei vobis testificati sunt.

1°. Hoc verò delictum non aliis simile judicandum est, nec idem sumendum supplicium de læsione corporis, quod de fraudatione pecuniarum. Scitis enim corpus omnibus hominibus esse conjunctissimum, nosque ob hujus incolumitatem & leges sanxisse, & pro libertate pugnare, & popularem statum expetere, omnes denique vitæ actiones huc referri. Æquum igitur est eos qui id violant quod vos maximi facitis, gravissimo supplicio à vobis coerceri.

Eos autem reperietis qui leges nobis tulerunt, corporum imprimis rationem habuisse. Primùm enim de solâ hâc injuriâ, tùm privatas, tùm pu-

---

manibus, i. e. prior percutiens, nullâ injuriâ lacessitus verberans.

δίκας καὶ γραφὰς ἄνευ παρακαταβολῆς ἐποίησαν, ἵν' ὅπως ἂν ἡμῶν ἕκαστος τυγχάνῃ καὶ δυνάμενος καὶ βουλόμενος, οὕτως ἔχῃ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀδικοῦντας. Ἔπειτα περὶ τῶν μὲν ἄλλων ἐγκλημάτων αὐτῷ μόνῳ τῷ παθόντι κακῶς ὁ δράσας ὑπόδικός ἐστι· περὶ δὲ τῆς ὕβρεως, ὡς κοινοῦ τοῦ πράγματος ὄντος, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν γραψαμένῳ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς.

Οὕτω δ' ἡγήσαντο δεινὸν εἶναι τὸ τύπτειν ἀλλήλους, ὥστε περὶ τῆς κακηγορίας νόμον ἔθεσαν, ὃς κελεύει τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀπορρήτων πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν. Καί τοι πηλίκας τινὰς χρὴ ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας ὑπὲρ τῶν ἔργῳ κακῶς πεπονθότων, ὅταν ὑπὲρ τῶν λόγῳ μόνον ἀκηκοότων, οὕτως ὀργιζόμενοι φαίνησθε;

Θαυμαστὸν δ' εἰ τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας ὑβρίσαντας, ἀξίους θανάτου νομιεῖτε· τοὺς δ' ἐν δημοκρατίᾳ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις ἐπιτηδεύοντας, ἀζημίους ἀφήσετε. Καί τοι γε δικαίως ἂν μείζονος οὗτοι τιμωρίας τυγχάνοιεν· φανερώτερον γὰρ ἐπιδείκνυνται τὴν ἑαυτῶν πονηρίαν. Ὅστις γὰρ νῦν τολμᾷ παρανομεῖν εἰς τοὺς πολίτας, ὅτε οὐκ ἔξεστι, τί ποτ' ἂν ἐποίησεν, ὅθ' οἱ κρατοῦντες

[l. 4.] Post ἔπειτα addidi περὶ quod abest à vulg.

blicas actiones, sine sponsione statuerunt, ut unicuique nostrûm, quemadmodum & vellet & posset, ità ulcisci liceret eos à quibus esset injuriâ affectus. Deindè in aliis criminibus, ei soli qui offensus est, actio in eum qui offendit datur: de contumeliâ verò, tanquam crimine publico, cuivis civium licet, re apud thesmothetas delatâ, in judicium venire.

Sic autem grave existimârunt alios ab aliis verberari, ut de maledicto tulerint legem, quæ jubeat eos qui maledictum aliquod legibus interdictum proferunt, quingentis drachmis mulctari. Atenim quanta supplicia sumi oportet pro iis qui reipsâ injurias pertulerunt, quum pro iis qui verbo tantùm malè audierunt, ità succenseatis?

Mirum verò esset, si, quum eos qui in oligarchiâ contumeliosi fuerunt, morte dignos censeatis, istos qui in Democratiâ eâdem libidine grassantur, impunè dimiseritis. Atqui jure isti pœnas subeant tantò acriores, quantò suam improbitatem evidentiùs ostendunt. Nam qui nunc contrà leges peccare in cives non dubitat, quum non licet; quid is

---

[l. 12 & 13.] Τῶν ἀποῤῥήτων, hîc τὰ ἀποῤῥητα intellige, convicia legibus interdicta.

τῆς πόλεως χάριν εἶχον τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνουσιν;

Ἴσως δὲ Λοχίτης ἐπιχειρήσει μικρὸν ποιεῖν τὸ πρᾶγμα, διασύρων τὴν κατηγορίαν, καὶ λέγων, ὡς οὐδὲν ἐκ τῶν πληγῶν κακὸν ἔπαθον, ἀλλὰ μείζους ποιοῦμαι τοὺς λόγους ἢ κατ᾽ ἀξίαν τῶν γεγενημένων.

Ἐγὼ δ᾽ εἰ μὲν μηδεμία προσῆν ὕβρις τοῖς πεπραγμένοις, οὐκ ἄν ποτ᾽ εἰσῆλθον εἰς ὑμᾶς. Νῦν δ᾽ οὐχ ὑπὲρ τῆς βλάβης τῆς ἐκ τῶν πληγῶν γενομένης, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς αἰκίας καὶ τῆς ἀτιμίας ἥκω παρ᾽ αὐτοῦ δίκην ληψόμενος, ὑπὲρ ὧν προσήκει τοῖς ἐλευθέροις μάλιστ᾽ ὀργίζεσθαι, καὶ μεγίστης τυγχάνειν τιμωρίας.

Ὁρῶ δ᾽ ὑμᾶς, ὅταν του καταγνῶτε ἱεροσυλίαν ἢ κλοπὴν, οὐ πρὸς τὸ μέγεθος ὧν ἂν λάβωσι τὴν τιμωρίαν ποιουμένους, ἀλλ᾽ ὁμοίως ἁπάντων θάνατον κατακρίνοντας, καὶ νομίζοντας δίκαιον εἶναι τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἔργοις ἐπιχειροῦντας ταῖς αὐταῖς ζημίαις κολάζειν. Χρὴ τοίνυν καὶ περὶ τῶν ὑβριζόντων τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, καὶ μὴ τοῦτο σκοπεῖν εἰ μὴ σφόδρα συνέκοψαν, ἀλλ᾽ εἰ τὸν νόμον παρέβησαν; μηδ᾽ ὑπὲρ τοῦ τυχόντος

[l. 3.] Pro ἴσως δὲ Ald. Med. & Cod. X habent ἴσως οὖν.

fecisset, quum tyranni, rerum potentes, gratiam haberent talia delinquentibus?

2°. Fortassis autem Lochites rem extenuare conabitur, &, accusationem cavillando, dicet verbera nihil mihi nocuisse, ac me suprà quàm deceat omnia verbis amplificare.

Ego verò si iis quæ facta sunt nulla adjuncta esset contumelia, nunquam apud vos queri voluissem: nunc non damni per verbera datï, sed ipsius pulsationis & ignominiæ pœnas eum mihi persolvere volo; propter quæ hominibus ingenuis vehementissimè irasci convenit, & maximam ultionem persequi.

Vos autem video, quum aliquem sacrilegii aut furti damnatis, non juxtà magnitudinem eorum quæ abstulerint, pœnam irrogare, sed sine discrimine omnes morte mulctare, & æquum arbitrari ut qui eadem facinora susceperunt, pœnas easdem luant. Oportet igitur de contumeliosis quoque eodem esse vos animo, neque hoc considerare an non multùm verberârint, sed an legem violârint;

[l. 11.] Αἰκίας, intellige, violentæ pulsationis. Battie legit ἀδικίας.

μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ παντὸς τοῦ τρόπου δίκην παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν· ἐνθυμουμένους ὅτι πολλάκις ἤδη μικραὶ προφάσεις μεγάλων κακῶν αἴτιαι γεγόνασιν, καὶ διότι πολλοὶ τῶν τε ξένων καὶ τῶν πολιτῶν, διὰ τοὺς τύπτειν τολμῶντας, εἰς τοῦτ' ὀργῆς προήχθησαν, ὥστ' εἰς τραύματα καὶ σφαγὰς καὶ θανάτους, καὶ τὰς μεγίστας συμφορὰς, ἐλθεῖν. Ὧν οὐδὲν διὰ τὸν φεύγοντα τὴν δίκην, ἀγέννητόν ἐστιν· ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ τούτου μέρος, ἅπαντα τὰ προειρημένα πέπρακται· διὰ δὲ τὴν τύχην, καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμὸν, οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων συμβέβηκεν.

Ἡγοῦμαι δ' ὑμᾶς οὕτως ἂν ἀξίως ὀργισθῆναι περὶ τοῦ πράγματος, εἰ διεξέλθοιτε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὅσῳ μεῖζόν ἐστι τοῦτο τῶν ἄλλων ἀδικημάτων. Εὑρήσετε γὰρ τὰς μὲν ἄλλας ἀδικίας μέρος τι τοῦ βίου βλαπτούσας, τὴν δ' ὕβριν ὅλοις τοῖς πράγμασι λυμαινομένην· καὶ πολλοὺς μὲν οἴκους διὰ ταύτην διαφθαρέντας, πολλὰς δὲ πόλεις ἀναστάτους γεγενημένας.

Καὶ τί δεῖ τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς λέγοντα διατρίβειν; αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς δὶς ἤδη τὴν δημοκρατίαν ἐπείδομεν καταλυθεῖσαν, καὶ δὶς τῆς ἐλευθερίας ἀπεστερήθημεν, οὐχ ὑπὸ τῶν ταῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐνόχων ὄντων, ἀλλὰ διὰ τοὺς καταφρονοῦντας, καὶ βουλομένους τοῖς μὲν πολεμίοις

neque ob id quod contigit ſolummodò punire ſontes, ſed ob coercendam univerſam morum petulantiam: illud cogitantes ſcilicet, ſæpè jam parvas cauſas ingentia mala peperiſſe, ac multos & cives & peregrinos ab iis qui verberare audent, in tantam iracundiam adductos, ut ad vulnera, ad cædes, ad mortes, ad atrociſſimas clades, progrederentur. Quorum nihil per reum huncce infectum eſt, at, quantùm in ipſo fuit, hæc quæ diximus omnia perpetrata ſunt; per fortunam verò & moderationem meam nihil contigit malorum immedicabilium.

3°. Arbitror autem vos ità demùm ut res meretur indignaturos, ſi vobiſcum ipſi reputaveritis quantò major hæc ſit aliis injuriis. Comperietis enim alias injurias partem aliquam ſocietatis lædere, contumeliam verò univerſæ ſocietati nocere; & multas familias ob hanc extinctas eſſe, multasque urbes everſas.

Et quorsùm attinet aliorum cladibus commemorandis immorari? nos ipſi bis jam democratiam vidimus diſſolutam, & bis libertate ſpoliati ſumus, non per eos qui aliis improbitatibus obſtricti fuerunt, ſed per iſtos ceterorum contemptores, qui & hoſtibus ſervire & civibus inſultare voluerunt;

[l. 25 & 26.] Τὺς καἶαφρονῦντας, hîc abſolutè ſumitur, ſine caſu, οἱ καἶαφρονῦντες, ſuperbi, contemptores.

δουλεύειν, τοὺς δὲ πολίτας ὑβρίζειν. Ὧν εἷς ἐστιν οὗτος. Καὶ γὰρ εἰ τῶν τότε καταστάντων νεώτερός ἐστιν, ἀλλὰ τόν γε τρόπον ἔχει τὸν ἐξ ἐκείνης τῆς πολιτείας. Αὗται γάρ εἰσιν αἱ φύσεις, αἱ παραδοῦσαι μὲν τὴν δύναμιν τοῖς πολεμίοις, κατασκάψασαι δὲ τὰ τείχη τῆς πατρίδος, πεντακοσίους δὲ καὶ χιλίους ἀκρίτως ἀποκτείνασαι τῶν πολιτῶν.

Ὧν εἰκὸς ὑμᾶς μεμνημένους, τιμωρήσασθαι μὴ μόνον τοὺς τότε λυμηναμένους ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς νῦν βουλομένους ὑπὸ διαφθεῖναι τὴν πόλιν· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον τοὺς ἐπιδόξους γενήσεσθαι πονηροὺς τῶν πρότερον ἡμαρτηκότων, ὅσωπερ κρεῖττόν ἐστι τῶν μελλόντων κακῶν ἀποτροπὴν εὑρεῖν, ἢ τῶν ἤδη γεγενημένων δίκην λαβεῖν· καὶ μὴ περιμένειν ἕως ἂν ἀθροισθέντες, καὶ καιρὸν λαβόντες, εἰς ὅλην τὴν πόλιν ἐξαμάρτωσιν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἧς ἂν προφάσεως ὑμῖν παραδοθῶσιν, ἐπὶ ταύτης αὐτοὺς τιμωρήσασθαι· νομίζοντας εὕρημα ἔχειν, ὅτ᾽ ἄν τινα λάβητε ἐν μικροῖς πράγμασιν ἐπιδεδειγμένον ἅπασαν τὴν αὑτοῦ πονηρίαν. Κράτιστον μὲν γὰρ ἂν ἦν εἴ τι προσῆν ἄλλο σημεῖον τοῖς πονηροῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ πρὶν ἀδικηθῆναί τινα τῶν πολιτῶν, πρότερον κολάζειν αὐτούς. Ἐπειδὴ δ᾽ οὐχ οἷόν τε αἰσθέσθαι πρὶν κακῶς τινὰ παθεῖν ὑπ᾽

quorum iste unus est. Nam etsi per ætatem illi rerum mutationi interesse non potuit, at indolem habet ex illo reipublicæ statu receptam. Istiusmodi enim ingenia sunt quæ hostibus nostras vires tradiderunt, quæ patriæ mœnia subruerunt, quæ cives mille quingentos indictâ causâ occiderunt.

Quorum vos memores, punire decet non eos modò qui tunc vobis nocuerunt, sed & istos qui rempublicam velint ad eumdem statum redigere; ac tantò magis hos quos verisimile est fore improbos quàm illos qui olim peccârunt, quantò præstabilius est futura mala prohibere quàm præterita ulcisci. Neque expectandum donec congregati ac occasionem nacti, in totam civitatem delinquant; sed quocumque in facinore vestræ potestati tradentur, in eo puniendi sunt; atque in lucro deputandum si quem deprehenderitis qui parvis in rebus omnem suam improbitatem ostenderit. Nam optimum quidem esset si quod aliud signum in improbis hominibus emineret, & eos, priusquam civis ullus ab eis læderetur, mulctari. Quoniam verò cognosci non possunt nisi post factas ab ipsis alicui

[l. 12.] Τὺς ἐπιδόξυς regitur à τιμωρήσασθαι.

[l. 15 & 16.] Μὴ περιμένειν refer ad κρεῖττόν ἐστι vel ad εἰκὸς, quæ præcesserunt.

[l. 22.] Εἴτι ἄλλο σημεῖον, si quod aliud signum, i. e. quàm improbitatis facinora.

αὐτῶν, ἀλλ' οὖν ἐπειδ' ἂν γνωσθῶσι, προσήκει πᾶσι μισεῖν τοὺς τοιούτους, καὶ κοινοὺς ἐχθροὺς νομίζειν.

Ἐνθυμεῖσθε δὲ ὅτι τῶν μὲν περὶ τῆς οὐσίας κινδύνων οὐ μέτεστι τοῖς πένησι, τῆς δ' εἰς τὰ σώματα αἰκίας ὁμοίως πάντες κοινωνοῦμεν. Ὥστ' ὅταν μὲν τοὺς ἀποστεροῦντας τιμωρῆσθε, τοὺς πλουσίους μόνον ὠφελεῖτε· ὅταν δὲ τοὺς ὑβρίζοντας κολάζητε, ὑμῖν αὐτοῖς βοηθεῖτε. Ὧν ἕνεκα δεῖ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ταύτας τῶν δικῶν· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων συμβολαίων, τοσούτου τιμᾶν ὅσον προσήκει τῷ διώκοντι κομίσασθαι, περὶ δὲ τῆς ὕβρεως, ὅσον ἀποτίσας ὁ φεύγων παύσασθαι μέλλει τῆς παρούσης ἀσελγείας. Ἢν οὖν προαιρῆσθε τὸ τὰς οὐσίας ἀφαιρεῖν τῶν νεανιευομένων εἰς τοὺς πολίτας, καὶ μηδεμίαν ἱκανὴν ἡγῆσθε εἶναι ζημίαν, εἴ τινες ἂν εἰς τὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες, τοῖς χρήμασι τὰς δίκας ὑπέχωσιν, ἅπανθ' ὅσα δεῖ τοὺς καλῶς δικάζοντας διαπράξεσθε. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τοῦ παρόντος πράγματος ὀρθῶς γνώσεσθε, καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας κοσμιωτέρους ποιήσετε, καὶ τὸν βίον τὸν ὑμέτερον αὐτῶν ἀσφαλέστερον καταστήσετε. Ἔστι δὲ δικαστῶν νοῦν ἐχόντων, περὶ τῶν ἀλλοτρίων τὰ δίκαια ψηφιζομένους, ἅμα καὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν εὖ τίθεσθαι.

injurias; at certè, ubi cogniti fuerint, omnium officium eſt eos odio proſequi, & pro communibus hoſtibus habere.

4°. Illud etiam cogitate diſcrimina de bonis ad pauperes nihil pertinere, corporum autem contumelias omnibus eſſe communes. Itaque quum fraudatores punitis, divitibus duntaxat conſulitis; quum verò coercetis protervos, vobismetipſis opitulamini. Quapropter vos hæc judicia maximi facere oportet; ac in aliis quidem negotiis tanti litem æſtimare, quantum accuſatorem conſequi æquum eſt, ſed de contumeliâ, eam mulctam irrogare quâ ſolutâ reus à petulantiâ præſenti ceſſabit. Quòd ſi morem iſtum tolletis, quo nunc pecuniâ tantùm mulctati eos qui vires ſuas civibus verberandis juveniliter oſtentant, & nullum unquam ſatis grave ſupplicium eſſe putabitis, ſi qui in aliena corpora peccantes, pecuniis mulctati fuerint, bonorum judicium officio functi eritis. Nam & de hoc ipſo negotio rectè ſtatuetis, & cives alios modeſtiores efficietis, & veſtram ipſorum vitam magis in tuto collocabitis. Decet autem prudentes judices, in alienis cauſis juſta decernendo, ſimul & ſuis ipſorum commodis proſpicere.

Καὶ μηδεὶς ὑμῶν εἰς τοῦτο ἀποβλέψας, ὅτι πένης εἰμὶ καὶ τοῦ πλήθους εἷς, ἀξιούτω τοῦ τιμήματος ἀφαιρεῖν. Οὐ γὰρ δίκαιόν ἐστιν ἐλάττους ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας ὑπὲρ τῶν ἀδόξων ἢ τῶν ὀνομασμένων, οὐδὲ χείρους ἡγεῖσθαι τοὺς πενομένους τῶν πολλὰ κεκτημένων. Ὑμᾶς γὰρ ἂν αὐτοὺς ἀτιμάζοιτε, εἰ τοιαῦτα γινώσκοιτε περὶ τῶν πολιτῶν. Ἔτι δὲ καὶ πάντων ἂν εἴη δεινότατον, εἰ δημοκρατίας οὔσης, μὴ τῶν αὐτῶν ἅπαντες τυγχάνοιμεν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀρχῶν μετέχειν ἀξιοῖμεν, τῶν δὲ ἐν τοῖς νόμοις δικαίων ἀποστεροῖμεν ἡμᾶς αὐτούς· καὶ μαχόμενοι μὲν ὁμοίως ἐθέλοιμεν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς πολιτείας, ἐν δὲ τῇ ψήφῳ πλέον νέμοιμεν τοῖς τὰς οὐσίας ἔχουσιν. Οὐκ, ἐάν γέ μοι πεισθῆτε, οὕτω διακείσεσθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, οὐδὲ διδάξετε τοὺς νεωτέρους καταφρονεῖν τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν, οὐδὲ ἀλλοτρίους ἡγήσεσθε εἶναι τοὺς τοιούτους τῶν ἀγώνων, ἀλλ᾽ ὥσπερ ὑπὲρ αὑτοῦ δικάζων ἕκαστος ὑμῶν, οἴσει τὴν ψῆφον. Ἅπαντας γὰρ ὁμοίως ἀδικοῦσιν οἱ τολμῶντες τὸν νόμον παραβαίνειν, τὸν ὑπὲρ τῶν σωμάτων τῶν ὑμετέρων κείμενον.

Ὥστ᾽ ἂν σωφρονῆτε, παρακαλέσαντες ἀλλήλους, ἐνσημανεῖσθε Λοχίτῃ τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν αὐτῶν· εἰδότες ὅτι πάντες οἱ τοιοῦτοι τῶν μὲν

5°. Ac nemo veſtrûm, eò quòd pauper ſum & homo plebeius, propterea quidquam de litis æſtimatione detrahendum cenſeat. Nec enim æquum eſt minora ſupplicia conſtitui de injuriis hominum obſcurorum quàm nominatorum; neque deteriores judicandi ſunt pauperes quàm opibus affluentes. Nam vos ipſos ignominiâ notabitis, ſi ità ſtatuetis de civibus. Omnium præterea iniquiſſimum fuerit, vigente democratiâ, non omnes eadem conſequi; & ad magiſtratus quidem patere nobis aditum velle, jure autem legumque præſidiis, noſmetipſos ſpoliare; atque in præliis quidem æquè omnes ad tuendum civitatis ſtatum paratos eſſe mori, in ferendâ autem ſententiâ ditioribus plus tribuere. At non, ſi modò mihi pareatis, ſic ergà vos ipſos affecti eritis, neque docebitis adoleſcentes contemnere multitudinem civium, neque tales cauſas à vobis alienas eſſe ducetis; ſed ſic unuſquisque veſtrûm pronuntiabit, quaſi in ſuo ipſe negotio judex ſederet. Nam ii æquè omnes lædunt, qui legem pro corporis noſtri ſalute latam tranſgredi audent.

6°. Quare, ſi ſapitis, alii alios cohortati, Lochitæ veſtram iracundiam oſtendite; id nempè intelligentes omnes iſtiuſmodi viros leges quidem

νόμων τῶν κειμένων καταφρονοῦσι, τὰ δ᾽ ἐνταῦθα γιγνωσκόμενα νόμους εἶναι νομίζουσιν.

Ἐγὼ μὲν οὖν ὡς οἷός τ᾽ ἦν εἴρηκα περὶ τοῦ πράγματος· εἰ δέ τις ἔχει μοι τῶν παρόντων συνειπεῖν, ἀναβὰς εἰς ὑμᾶς λεγέτω.



receptas contemnere, ea verò quæ hîc decernuntur habere pro legibus.

Equidem dixi ut potui; si quis verò eorum qui adsunt habet aliquid in quo mihi patrocinetur, progressus ad vos dicat.



ANALYSIS ORATIONIS CONTRA EUTHYNUM.

PROPOSITUM.

SUB triginta virorum dominatu, Nicias quidam proscriptus tria talenta deposuit apud Euthynum consobrinum, nullis testibus adhibitis. Quæ quum repeteret, duo recipit, tertium Euthynus negat. In hoc igitur consistit controversia, utrùm sit probabilius Niciam reposcere quod non dederit, an Euthynum retinere quod acceperit. Res repetitæ sunt durante adhuc oligarchiâ, sed causa dicta est post restitutam democratiam.

Exordium.

Breve exordium sumit orator ab homine pro quo loquitur.

Narratio.

Narrat paucis quam ob rationem Nicias tria talenta deposuerit apud Euthynum, quomodo is rogatus ut redderet, duo tantum reddiderit, unum retinuerit, Nicia coacto silere ob temporis iniquitatem.

Confirmatio.

Quum nulli adhibiti fuerint testes, necesse est rem evinci conjecturis & argumentis. Evincitur itaque probabilius esse Euthynum retinere quod acceperit quàm Niciam reposcere quod non dederit :

1°. Ex qualitate personarum ; 2°. ex ipsâ rei naturâ ; 3°. ex temporum circumstantiis ; 4°. ex gratiâ quâ tunc vigebat Euthynus, & ejusdem cum Nicia cognatione ; 5°. ex tempore quo res repetitæ sunt, scilicet durante adhuc oligarchiâ.

Objectio.

Objicit Euthynus se, si voluisset Niciam damno afficere, non duo talenta fuisse redditurum, sed tria retenturum.

Respondetur 1°. directè Euthynum habuisse causam cur ità ageret. 2°. Per retorsionem ; nam si Nicias voluisset Euthynum injustè persequi, non unum duntaxat talentum, sed tria repetiisset ; & eò magis quòd nulla afferri potest ratio cur Nicias unum duntaxat talentum repeteret, dùm facile videas cur Euthynus, non tria talenta, sed unum tantummodò, repetierit.

Si causa verè dicta est, nec res & personæ suppositæ sunt, hæc oratio valdè ingeniosa & acuta, &, si Philostrato creditur, inter Isocrateas ex optimis, scripta esse debuit circà annum 402 antè Christum, Isocratis ætatis 32.





ΠΡῸΣ ΕΥ̓ΘΎΝΟΥΝ, ὙΠῈΡ ΝΙΚΊΟΥ; ἈΜΆΡΤΥΡΟΣ. *

Οὐ προφάσεως ἀπορῶ δι᾽ ἥν τινα λέγω ὑπὲρ Νικίου τουτουί. Καὶ γὰρ φίλος ὤν μοι τυγχάνει, καὶ δεόμενος, καὶ ἀδικούμενος, καὶ ἀδύνατος εἰπεῖν. Ὥστε διὰ ταῦτα πάντα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγειν ἀναγκάζομαι.

Ὅθεν οὖν τὸ συμβόλαιον αὐτὸ πρὸς Εὐθύνουν γεγένηται, διηγήσομαι ὑμῖν ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων.

Νικίας γὰρ οὑτοσὶν, ἐπειδὴ οἱ Τριάκοντα κατέστησαν, καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ, ἐκ μὲν τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας ἐξήλειφον, εἰς δὲ τὸν μετὰ Πεισάνδρου κατάλογον ἀνέγραφον· δεδιὼς τὰ παρόντα

* Inscribunt orationem, vel *πρὸς Εὐθύνουν*, vel *ὑπὲρ Νικίου*, ego utrumque titulum conjunxi. Additur autem *ἀμάρτυρος*, quòd nulli in hanc controversiam testes adhibiti fuerint.



CONTRA EUTHYNUM, PRO NICIA; AMARTYROS.

EXORDIUM.

MULTÆ mihi causæ sunt Niciæ defendendi. Nam & amicus meus est, & me rogavit, & injuriâ est affectus, & dicendi imperitus. Quare propter hæc omnia ejus gratiâ cogor dicere.

NARRATIO.

Undè igitur negotium hoc ei cum Euthyno intercesserit, quàm brevissimè potero vobis exponam.

Triginta tyrannis rerum potientibus, quum Niciæ inimici ipsum è civium numero deletum, in Pisandri catalogum inscripsissent, is rebus suis tunc diffisus domum oppigneravit, famulos emisit

---

[lineâ 11 & 12.] Hæc locutio τὸν μετὰ Πεισάνδρου κατάλογον, suprà repetitur in oratione contrà Callimachum. Quem locum vide p. 237, l. 16.

πράγματα, τὴν μὲν οἰκίαν ὑπέθηκε, τοὺς δ' οἰκέτας ἔξω τῆς γῆς ἐξέπεμψε, τὰ δ' ἔπιπλα ὡς ἐμὲ ἐκόμισε, τρία δὲ τάλαντα ἀργυρίου Εὐθύνῳ φυλάττειν ἔδωκεν, αὐτὸς δ' εἰς ἀγρὸν ἐλθὼν διητᾶτο. Οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον βουλόμενος ἐκπλεῖν, ἀπήτησε τ' ἀργύριον. Εὐθύνους δὲ τὰ μὲν δύο τάλαντα ἀποδίδωσι, τοῦ δὲ τρίτου ἔξαρνος γίνεται. Ἄλλο μὲν οὖν οὐδὲν εἶχε Νικίας ἐν τῷ τότε χρόνῳ ποιῆσαι· προσιὼν δὲ πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους, ἐνεκάλει καὶ ἐμέμφετο, καὶ ἔλεγεν ἃ πεπονθὼς εἴη. Καίτοι οὕτω τοῦτόν τε περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο, καὶ τὰ καθεστῶτα ἐφοβεῖτο, ὥστε πολὺ ἂν θᾶττον ὀλίγων στερηθεὶς ἐσιώπησεν, ἢ μηδὲν ἀπολέσας ἐνεκάλεσεν. Τὰ μὲν οὖν γεγενημένα, ταῦτ' ἐστίν.

Ἄπορος δ' ἡμῖν ἔχει τὸ πρᾶγμα. Νικίᾳ γὰρ οὔτε παρακατατιθεμένῳ τὰ χρήματα, οὔτε κομιζομένῳ, οὐδεὶς οὔτ' ἐλεύθερος, οὔτε δοῦλος, παρεγένετο. Ὥστε μήτ' ἐκ βασάνων, μήτ' ἐκ μαρτύρων, οἷόν τ' εἶναι γνῶναι περὶ αὐτῶν· ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τεκμηρίων καὶ ἡμᾶς διδάσκειν, καὶ ὑμᾶς δικάζειν, ὁπότεροι τἀληθῆ λέγουσιν.

Οἶμαι δ' οὖν ἅπαντας εἰδέναι ὅτι μάλιστα συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦσιν οἱ λέγειν μὲν δεινοί, ἔχοντες δὲ μηδέν, τοὺς ἀδυνάτους μὲν εἰπεῖν, ἱκανοὺς δὲ

[l. 1.] Οἰκίαν, vulg. οὐσίαν. Ὑποθεῖναι τὴν οἰκίαν

extrà Atticam, ad me tranſtulit ſuppellectilem, tria talenta argenti Euthyno tradidit cuſtodienda, ipſe verò rus profectus ibi habitavit. Non multò poſt, aliò navigaturus, repetiit argentum. Euthynus autem duo quidem talenta reddit, ſed tertium inficiatur. Nihil igitur aliud quod ageret eo tempore habuit Nicias, niſi quòd apud familiares iſtum incuſabat, & querebatur, & quid ſibi accidiſſet narrabat. Ceterùm tanti iſtum faciebat, & ità metuebat iniquitatem temporum, ut multò citiùs parvam pecuniæ jacturam ſilentio præteriiſſet, quàm re nullâ fraudatus accuſaſſet. Et hæc quidem dixi quæ geſta ſunt.

CONFIRMATIO.

Res autem non parùm habet difficultatis. Nam Niciæ neque deponenti pecunias, neque recipienti, quiſquam adfuit vel ingenuus vel ſervus. Itaque nec quæſtionibus, nec teſtibus, veritas poteſt perſpici: ſed neceſſe eſt argumentis & conjecturis, & nos docere, & vos judicare, utri vera dicant.

1°. Vos omnes ſcire arbitror calumniis impeti ſolere potiſſimùm ab hominibus eloquentibus, ſed pauperibus, eos qui eloquio non valent, ſed pe-

---

dicitur is qui fœnore acceptâ pecuniâ ſuam domum oppignerat. Ὑποτίθησι ὁ δανειζόμενος, ὑποτίθεται ὁ δανείζων.

χρήματα τελεῖν. Νικίας τοίνυν Εὐθύνου πλείω μὲν ἔχει, ἧττον δὲ δύναται λέγειν. Ὥστ' οὐκ ἔστι διότι ἂν ἐπήρθη ἀδίκως ἐπ' Εὐθύνουν ἐλθεῖν.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ αὐτοῦ ἄν τις τοῦ πράγματος γνοίη, ὅτι πολὺ μᾶλλον εἰκὸς ἦν Εὐθύνουν λαβόντα ἐξαρνεῖσθαι, ἢ Νικίαν μὴ δόντα αἰτιᾶσθαι. Δῆλον γὰρ ὅτι πάντες κέρδους ἕνεκ' ἀδικοῦσιν. Οἱ μὲν οὖν ἀποστεροῦντες, ὧνπερ ἕνεκ' ἀδικοῦσιν, ἔχουσιν· οἱ δὲ ἐγκαλοῦντες, οὐδ' εἰ λήψεσθαι μέλλωσιν, ἴσασι.

Πρὸς δὲ τούτοις, ἀκαταστάτως ἐχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ δικῶν οὐκ οὐσῶν, τῷ μὲν οὐδὲν ἦν πλέον ἐγκαλοῦντι, τῷ δὲ οὐδὲν ἦν δέος ἀποστεροῦντι. Ὥστε τὸν μὲν οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν, ὅτε καὶ οἱ μετὰ μαρτύρων δανεισάμενοι ἐξηρνοῦντο, τότε ἃ μόνος παρὰ μόνου ἔλαβεν ἀποστερῆσαι· τὸν δ' οὐκ εἰκὸς, ὅτε οὐδ' οἷς δικαίως ὠφείλετο, οἷόν τ' ἦν πράττεσθαι, τότε ἀδίκως ἐγκαλοῦντα οἴεσθαί τι λήψεσθαι.

Ὅτι δ', εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν, ἀλλὰ καὶ ἐξῆν, καὶ ἐβούλετο, συκοφαντεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἐπ' Εὐθύνουν ἦλθε, ῥᾴδιον γνῶναι. Οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττειν ἐπιθυμοῦντες οὐκ ἀπὸ τῶν φίλων ἄρχονται, ἀλλὰ μετὰ τούτων ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἔρχονται. Καὶ τούτοις ἐγκαλοῦσιν οὓς ἂν μήτ' αἰσχύνονται, μήτε δεδίασι, καὶ οὓς ἂν ὁρῶσι πλουσίους μὲν, ἐρή-

cuniis pollent. Nicias autem Euthyno ut locuples magis, ſic dicendi minùs peritus : ità ut non fuerit cur incitaretur ad Euthynum injuſtè accuſandum.

2°. Quin & ex ipsâ re intelligitur longè veriſimilius eſſe Euthynum id negare quod acceperit, quàm Niciam poſtulare quod non dederit. Manifeſtum enim eſt lucri causâ omnes injuriam facere. Porrò qui negant depoſitum, habent id propter quod jus violant; qui verò repetunt, neſciunt an accepturi ſint.

3°. Præterea, dùm res in urbe incertæ eſſent, ac judicia ſublata, hic repetendo nihil profeciſſet, iſte fraudando nihil metuendum habebat. Quapropter mirandum non fuit, eo tempore, quum ii etiam qui teſtibus adhibitis mutuati erant negarent, iſtum quod ſolus à ſolo acceperat reddere noluiſſe. Hunc verò non conſentaneum eſt, injuſtè repetentem ſe putaſſe quidquam accepturum eſſe, tunc temporis quum nec ii quibus jure debebatur, æs alienum poſſent exigere.

4°. Quòd autem, etiamſi nihil obſtitiſſet, ſed & licuiſſet & libuiſſet calumniari, Euthynum minimè eſſet accuſaturus, facilè perſpicitur. Nam qui tale aliquid habent in animo, non exordiuntur ab amicis, ſed unà cum illis invadunt alios, & eos accuſant quos nec verentur nec metuunt, quosque cùm divites eſſe vident, tùm deſtitutos prorsùs,

μους δὲ, καὶ ἀδυνάτους πράττειν. Εὐθύνῳ τοίνυν τἀναντία τούτων ὑπάρχει. Ἀνεψιὸς γὰρ ὢν Νικίου τυγχάνει, λέγειν δὲ καὶ πράττειν μᾶλλον δύναται τούτου· ἔτι δὲ χρήματα μὲν ὀλίγα, φίλους δὲ πολλοὺς κέκτηται. Ὥστ' οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅν τινα ἂν ἧττον ἢ ἐπὶ τοῦτον ἦλθεν. Ἐπεὶ, ἔμοιγε δοκεῖ εἰδότι τὴν τούτων οἰκειότητα, οὐδ' ἂν Εὐθύνους Νικίαν ἀδικῆσαι, εἰ ἐξῆν ἄλλον τινὰ τοσαῦτα χρήματα ἀποστερῆσαι. Νῦν δ' ἀναγκαιότερον αὐτῷ τὸ πρᾶγμα. Ἐγκαλεῖν μὲν γὰρ ἔξεστιν ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενον· ἀποστερεῖν δ', οὐχ οἷόν τ' ἄλλον ἢ τὸν παρακαταθέμενον. Ὥστε Νικίας μὲν συκοφαντεῖν ἐπιθυμῶν οὐκ ἂν ἐπὶ τοῦτον ἦλθεν. Εὐθύνους δ' ἀποστερεῖν ἐπιχειρῶν, οὐκ ἂν ἄλλον εἶχεν.

